Bibliothèque botanique
ÉMILE BURNAT
Catalogue N° 1702
Provient de

Livres provenant de la bibliothèque botanique



compl. coll. Mitt 87 a/ D

n° 1702

BOTANISCHES

MAGAZIN.

BAND II.

No. IV. - VI.

1788 - 89.

Zürich,
bey Ziegler und Söhne.

DUPLICATA DE LA BIBLIOTHÈQUE
DU CONSERVATOIRE BOTANIQUE DE GENEVE
VENDU EN 1922

Magazin

für die

Botanik.

Herausgegeben

von

Joh. Jacob Römer

und

Paulus Uſteri.

LIBRARY
NEW YORK
BOTANICAL

1788.

Viertes Stück.

ZÜRICH,
bey Johann Caſpar Füeſsly.

XM
A28
Bd. 2

Briefe

Herausgegeben

von

Joh. Jacob Bodmer

und

Paulus Usteri.

1788.

Viertes Stück.

ZÜRICH,
bey Johann Caspar Füesslin.

Magazin

für die

Botanik.

Herausgegeben

von

Joh. Jacob Römer

und

Paulus Usteri.

1788.

Viertes Stück.

Utile dulci.

ZÜRICH,

bey Johann Caſpar Füeſsly.

Innhalt.

I. *Eigene Abhandlungen und Aufsätze.*

A. W. *Roth* Observationes quædam botanicæ. T. I. Seite 3
C. E. *Willdenow* Observationes botanicæ. T. I - IV. - 7

II. *Auszüge aus fremden Werken.*

Dahl Observ. bot. circa syst. veget. divi à Linné. . . 20
Schreber de Persea ægyptiorum. I. 46
Wright v. den officinellen Pflanzen Jamaika's . 111 - 155

III. *Recensionen und kürzere Bücheranzeigen.*

Batsch Anl. z. Kenntn. u. Gesch. d. Pflanzen. I. . . 53
Index plant. edit. 14æ. Syst. Linnæani. 57
Weizenbeck Anz. der um München wild wachs. Pfl. . . 60
Anweisung, Naturalien zu sammeln, u. s. w. . . . 61
Jacquin ic. plantarum rariorum, II. 1. . . . . ibid.
Ehrhart Beytr. zur Naturkunde IIter B. 62
Abbildung d. Bäume u. Sträuche. 1stes Dutzend. . . 63
Kerner's wittemberg. Bäume u. Gestr. 1. 2. 3. Heft. . . 64
Leipziger Magazin zur Naturkunde. 1784. 67
Briefwechsel über die Naturprodukte. IIter 73
An Account of the Culture and Use of the Mangelwurzel. 74
Neue schwedische Abhandlungen. I. II. III. Bd. . . 75
Physic. Arbeiten d. einträcht. Freunde in Wien. I. 1 - 3. 79
Medicus Theodora speciosa. 83
- - - über einige künstl. Geschl. a. d. Malvenfamilie. 88
Ehrharts Beyträge. III. 95
Relhan Flora Cantabrigiensis & supplem. 96
Rothii tentamen floræ Germanicæ. T. I. 101
Kœlle spicileg. Obs. de Aconito. 107
Hoffmann Vegetab. cryptogamica. I. 156
Hedwig descriptio muscorum frondosorum, Tom. I. . 157
Planer Index plantarum 163
Tabor Gebr. u. Mifsbr. der peruvian. Rinde. 165
Batsch elenchus fungorum & contin. 1. 167
Krocker Flora silesiaca. 170
Kerner's Abbild. der ökonom. Pflanzen. 1ster Bd. . . 175
- - - giftige u. esbare Schwämme. 176

IV. *Kürzere Nachrichten.*

Druckfehler im 2ten u. 3ten Stück. 190



I.

EIGENE ABHANDLUNGEN UND AUFSÄTZE.

I.

OBSERVATIONES QUÆDAM BOTANICÆ.

Auct. A. W. *Roth*, M. D. &c.

1. LICHEN SPADICEUS fruticulosus erectus, ramosissimus, cavus: ramis vagis spinosissimis, scutellis terminalibus magnis laceris, spinosis & ramiferis. Tab. I. fig. 1.

Lichen castaneus fruticosus, durus, castaneus, furcatis spinosis. LEERS Herb. n. 992.

Fruticulus uncialis aut biuncialis, spadiceus, demum purpureus, erectus, ramosissimus, dichotomus, compresso lacunosus, ad dichotomias dilatatus, canus, medulla arachnoidea farctus. Rami vagi ramulique aculeis uncinatis, tenuissimis, villos simulantibus obsiti. Peltæ terminales, pedunculo lato incrassato, corneæ substantiæ simili insidentes, lentis latitudinem æquantes et nonnunquam majores, subconvexæ, ex atro-purpureo in ferrugineum colorem tendentes, margine laceræ & spinis validis haud raro ramosis radiatæ.

Habitat in ericetis arenosis cum Lichene rangiferino passim prope *Vegesack Ducatus Bremensis.*

OBSERVATIO I. Proxime accedit *Licheni ſpinoſo* Cel. HAGEN in Tentamine Hiſt. Lich. pag. 126. n. 69. Tab. II. f. 11. differt autem colore ſpadiceo & purpuraſcente; nec cinereo: Peltis magnis radiatis; nec ramulis ultimis tubercula exigua gerentibus. Cæterum figura l. c. maxima ex parte quadrat.

OBSERVATIO II. *Peltæ* noſtri Lichenis ſimillimæ ſunt ſcutellis in *Lichene florido* & *plicato*, ſed planiuſculæ, fungoideæ, ſæpius laceræ, aculeis ramisque radiatæ.

2. LICHEN PLUMBEUS foliaceus decumbens obtuſe lobatus: ſupra lacunoſus, vireſcenti - plumbeus, globulis farinoſis ſcutellisque croceis, albo - marginatis, ſparſis; ſubtus tomentoſus ferrugineus. Tab. I. f. 2.

L. fronde obſolete lobata, inferne ſcabra, maculis rotundis varia. *Leers* Flor. Herborn. n. 960. *Hall.* helv. n. 1986. *Dill.* Hiſt. muſc. 216. Tab. 29. f. 114. *Mich.* gen. pag. 90. Ord. 21. Tab. 49.

Huncce Lichenem, quem *Leerſius* prope Herbornam in ſylvis ad radices rupium invenit, inter *Lichenem pulmonarium* ad fagorum & quercuum truncos jam per aliquot annos obſervavi florentem.

Toto habitu diverſiſſimus eſt a L. *pulmonario*. Raro ad palmarem magnitudinem ſeſe extendit & magis ad coriaceam quam ad foliaceam accedit ſubſtantiam. Minus profunde lobatus eſt, quam L. *pulmonarius* & obſolete tantum crenatus: margine craſſiore albo farinoſo. Supra nebula quaſi obductus, coloris plumbei ſeu e plumbeo-vireſcentis, lacunoſus quidem, ſed minus reticulatus &

laciniæ obtuſiſſimæ non tam profundæ ſed magis obſoletæ. Globuli admodum farinoſi, albi ſ. cinerei in medio fiſſi, hinc inde & præcipue verſus apicem copioſius diſperſi, non raro confluentes, magnitudine ſeminis *Sinapios albæ*. His globulis fœmineis inmixtæ ſunt Scutellæ planæ, juniores concavæ, ſubpedunculatæ, globulis plerumque minores, exacte rotundæ, fulvæ ſeu croceæ, margine tenui cinereo.

OBSERVATIO I. In *Lichene pulmonario* nunquam in pagine ſuperiore obſervare mihi licuit ſcutellas, ſed ſemper in margine, quamvis auctores nonnulli contendant ſe etiam ſupra folium tales obſervaſſe. An itaque noſtrum *Lich. plumbeum* cum *Lich. pulmonario* forſan confuderunt cum promiſcue paſſim creſcant?

OBSERVATIO II. In noſtro *Lichene plumbeo* ſcutellæ albo - marginatæ ſemper in pagina ſuperiore, nunquam in margine folii obſervantur, quæ in *Lich. pulmonario* multo majores, Lentis magnitudinem æquantes, margine nunquam elevato diſcolore, ſed potius ſubcrenato inveniuntur.

OBSERVATIO III. Globuli farinoſi fœminei etiam in *Lich. pulmonario* obſervantur, at in margine lacunarum elevato reticulatim diſpoſiti ſunt. In *Lich. plumbeo* autem globuli in pagina ſuperiore minus reticulatim diſpoſiti ſed potius inordinate diſperſi ſunt, verſus marginem copioſiores & ſæpe confluentes.

3. LICHEN PULMONARIUS foliaceus laciniatus obtuſus glaber: ſupra lacunoſus, ſubtus tomentoſus. Linn. Syſt. Veget. p. 960.

β. Viviparus margine crispo viviparo. T. I. f. 3.

Notabilem hancce varietatem ad arbores in nostris regionibus sæpius observavi. Toto habitu & structura convenit cum *Lichene pulmonario*; at margo totius folii *globulis* albis, farinaceis, plantulas læte virides diversæ magnitudinis, plurimas producentibus, observatur crispus. Etiam in superficie folii, ubi tales globuli albi fœminei locati sunt, plantulæ propullulant. Harum plantularum figura pro ratione ætatis diversissima est, omnes autem observantur læte virides.

Primo ubi e globulis progerminant, minimam squamam foliaceam, orbicularem, petiolatam representant, margine integerrimo. Ad *ultiores* ex orbiculari figura magis in obovalem sensim sensimque transeunt & tunc subsessiles aut breviter tantum petiolatæ evadunt. *Magis adultæ* sessiles, obovatæ, lacunosæ, emarginatæ sese ostendunt.

Hæcce varietas duplex nobis præbet argumentum. Primo demonstrat veritatem sententiæ *Linneanæ* (vid. Genera plantarum ed. *Reichardi* pag. 562. No. 1319.) Lichenum flores fœmineos & semina consistere in materia quadam farinosa (aut sparsa aut globulis collecta.) Pro secundo optime nos docet, *Malpighii* observationem (in Operibus omnibus Tom. I. pag. 141. f. 106.) convenientem esse naturæ. Contendit enim, *Lichenem pulmonarium* ex globoso fere minimo & crasso foliolo ortum suum trahere.

2.

Observationes Botanicæ.

Auctore

Carol. Ludov. *Willdenow*,

Societ. Natur. Curiosi. Hallens. Sodal.

Heic mea, difficili e classe Cryptogamica, facta detecta, orbi proponam erudito. Præcipue vegetabilia noviſſime in agro Berolinensi a me lecta, & in Prodromo meo haud memorata, ab aliis etiam neglecta, vel indeterminate tradita, majori, quantum tenuitas virium permittit, perspicuitate describere constitui. Etiam nonnulla e remotiſſimis terris addidi, & pauca a me aliis in Germaniæ regionibus obſervata.

Diagnoſes semper ad normam *Magni a Linné* adjeci, iconesque omni cura factas, ac fucatas adpoſui. Si haud diſpliceant hæc pauca, pergam & alia illuſtrare vegetabilia.

1. Trichostomum *indicum* ſurculo ramoſo erecto, foliis lanceolatis convolutis, ſetis ſuperne incraſſatis; Thecis oblongis, operculis roſtratis. *Fig. noſtr.* s.

Inter alia ex India orientali accepta Naturalia, ramuſculum, & quod doleo, tantum unicum hujus muſci obſervavi. Cum certitudine vero haud locum ſpecialem ſcio; attamen vero certo cives Indiæ orientalis eſt.

Surculus eſt ramoſus erectus, denſe foliis obſitus. Folia e luteo obſcure virescunt, ſunt porro longa ad baſin lata canaliculata, ad apicem verſus magis magisque lanceolata, & convoluta. Humectata magis plana, ſicci-

tate vero crispa evadunt. In angulis foliorum gemmulas vidi, quæ sine ullo dubio flores sunt masculi, sed ut jam dixi, unicum specimen quod possideo dilacerare nolui. Vaginula (sive Perichætium internum) est ventricosa apice truncata margine integro. Folia perichætialia (seu Perichætium externum) illis caulis simillima sunt. Seta e viridi rubra ad thecam versus incrassata, parum torta, & axillaris est. Theca viridi rubra figuram habet oblongam, vel potius ellipticam, Apophysis nulla adest. Dentes Peristomatis ceterum exacte Trichostomi exprimunt characterem, sunt nimirum: simplici ordine positi, erecti, longi, & ad basin usque fissi. Operculum, unicum quod vidi, erat conicum & longe protractum. Calyptra in specimine meo non erat.

Ab omnibus aliis usque nunc notis speciebus nostra distinctissima est. *Trichostomo pallido* ac *pusillo* nostrum præter Peristoma non simile est.

Trichostomum hypnoides quod maximam cum hoc affinitatem habet, differt: 1) surculo vago nec erecto, 2.) foliis apice piliferis, 3.) thecis rotundioribus.

Trichostomum microcarpum (vel *Bryum hypnoides* β *microcarpos Retz Fl. Scand. Prod.* n. 1234. *Dill. hist. musc. Tab.* 46. *fig.* 29.) diversum est: 1.) setis terminalibus nec axillaribus. 2.) foliis patulis. 3.) thecis subrotundis ac multo minoribus.

Explicatio Figuræ.

a. *Trichostomum indicum* naturali magnitudine.

b. Folium auctum.

c. Perichætium lente auctum.

d. Theca microſcopio aucta.

e. Dens Periſtomatis maximo augmento conſideratus.

f. Operculum ſub lente auctum.

2.) Riccia *pyramidata* frondibus indiviſis oblongis, apice inferne triangulariter incraſſatis, fructibus pyramidatis.

Riccia media obſcure virens; foliis altius ſulcatis, in ſuperficie veluti punctatis, fructu pyramidato glabro. *Michel gen. p.* 106. *Ord. I. n.* 2. *Tab.* 57. *f.* 2. *Dill. muſc. Tab.* 78 *fig.* 16.

Anno 1786. initio Octobris ſemel rariſſimam hanc Ricciam in rupe terra tecta ad Giebichenſtein prope Halam Saxonum obſervavi. Excepto *Michelio* nemo hanc vidit. *Dillenius* quidem in Hiſtoria incomparabili Muſcorum iconem hujus vegetabilis dedit, ſed modo figuram ſuam a Michelio deſumpſit. Figura *Michelii* valde lente aucta eſt, nam mea ſpecimina, decies figura *Micheliana* minora ſunt.

Frondes ſunt indiviſæ integerrimæ, & obſcure virides. Media frondis pars ſulco alto exarata eſt, ad cujus latera fructus ſunt atri pyramidati. Inferior pagina frondis, radiculis minutiſſimis fuſcis tecta eſt, ad apicem verſus vero frons triangulariter incraſſata & craſſa eſt.

Similis videtur Ricciæ cryſtallinæ, glaucæ, & ciliatæ, ſed valde diſcrepat: 1.) Colore frondis, 2.) & quod frondes indiviſæ nec bilobæ ſint.

3. Lichen *melanoleucus* foliaceus depreſſus, fronde glabra obtuſe lobata albida, inferne atra. *Fig. noſtr.* 2.

Habitat hæc Lichenis ſpecies in America meridionali ad corticem Cinchonæ officinalis.

Maxima affinitas inter hunc Lichenem & ſaxatilem eſt. Ille vero lacunoſus, & noſter glaber, porro frondes in Lichene ſaxatili aliter ſunt lobatæ.

Frondes nunquam circulum formant, ſemper ſparſæ, obtuſe lobatæ, ſuperne albæ apparent. Quidem exemplaria vidi ſuperne flava, aſt hæc antiqua & obſoleta erant. Superficies externa glabra eſt, nec lacunoſa, vel punctata. Tam arcte frondes cortici adhærent, ut nullo alio modo, quam madefactione ſeparatio poſſibilis. Inferne frons atra & lente conſiderata, radiculis obſita eſt; interdum maculæ albæ minutæ obſervantur. Ad marginem externum verſus fuſceſcit pagina inferior.

Scutellas nondum vidi; licet plura hujus Lichenis individua perſcrutatus ſim.

Variat adhuc laciniis anguſtioribus.

Explicatio Figuræ.

a. Pagina ſuperior.

b. Pagina inferior.

c. Varietas laciniis anguſtioribus.

4. LICHEN *Tremelloides* gelatinoſus laciniatus, laciniis ciliatis; ſcutellis atris marginatis.

Lichen Tremelloides fronde erecta, marginibus lacinulatis, criſpa: ſcutellis ſubrotundis *Necker method.* 87. *Weiſſ. crypt.* 52. *Leers herborn.* 947.

Lichen criſpus Scop. carn. ed. 2. *n.* 1412. *ed.* 1. *p.* 1 3. *n.* 59.

Tremella Lichenoides Lin. ſyſt. ed. R. 4. *p.* 563.

Dill. hiſt. muſc. Tab. 19. *fig.* 31.

Muſco - fungus terreſtris minor fuſcus, foliis e latitudine crenatis muſco innaſcens. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 632. *ſ.* 15. *Tab.* 7. *fig.* 4.

β. *Dill. muſc. Tab.* 19. *fig.* 32.
Mich. gen. ord. 3. *Tab.* 38.

γ. *Dill. muſc. Tab.* 19. *fig.* 33.

δ. *Dill. muſc. Tab.* 19. *fig.* 34.

ε. *Dill. muſc. Tab.* 19. *fig.* 35.

Lichen tenuiſſimus imbricatus fuſco, vireſcens, foliis digitato multifidis, ſcutellis ſubimerſis fuſco rufeſcentibus, marginibus obtuſis. *Dickſon faſc. pag.* 12. *Tab.* 3. *fig.* 8.

Valde variabilis hæc ſpecies eſt. Quo major copia muſcorum, inter quas creſcit, eo latiora folia fiunt. Si vero locis nudis, vel muſcis deſtitutis hic Lichen creſcit, folia tenuiſſima ſunt.

Lichen tenuiſſimus *Dickſonii*, nil niſi varietas hujus eſt. Prope Jenam in rupibus omnes varietates inveni, & vidi Lichenem tremelloidem, ſenſim in tenuiſſimum degenerare. Ceterum Alga hæc tam nota eſt, ut uberiorem haud requirat deſcriptionem.

5. LICHEN *Cinchonæ* filamentoſus teres, erectus, ramoſiſſimus, fulvus. *Fig. noſtr.* 3.

In America meridionali truncis Cinchonæ officinalis adhæret. Colorem habet fuſco - luteum, ætate magis magisque fuſceſcentem. Eſt teres ramoſiſſimus, ſemper erectus, ætate articulatus. Ramuli heic depicti juvenili in

ſtatu ſunt, nam ſi antiquus eſt, craſſitie fere pennam exſuperat gallinaceam.

Medium quaſi hic Lichen eſt inter Lichenem vulpinum & articulatum. Differt ab articulato, 1.) colore pallidiori, 2.) quod brevior ramoſiorque, & 3.) ætate modo articulatus ſit.

Diverſus a Lichene vulpino: 1.) colore fuſceſcente. 2.) facie ramoſiſſima, 3.) & quod in ætate articulatus ſit.

6. VERRUCARIA *griſea* cruſta tenuiſſima atra; tuberculis griſeis. *Fig. Noſtr.* 4.

Cruſta, tenuiſſima & atra atque per lentem luſtrata, e glebis varie formatis atris compoſita eſt. Tubercula ſunt convexa ſeſſilia oblonga & ſubrotunda magnitudine ſeminis ſinapis, griſea, vel potius atra pulvere albo tecta.

Aqua conſperſa tota nigra eſt.

Obſervavi ſingularem hanc Verrucariam a nemini ni fallor, deſcriptam ad terram in rupe die alte Kirche prope Schartzfeld in Hercynia, Auguſto præteriti anni.

7. AGARICUS *decipiens* acaulis adpreſſus, villoſus, albus, lamellis interruptis, breviſſimis violaceis. *Fig. Noſtr.* 5.

α. Superficie externa alba lamellis minimis violaceis.

β. Superficie externa, ſordide alba, lamellis fuſceſcentibus.

γ. Superficie externa nigra, lamellis atro-fuſcis.

δ. Superficie externa nulla, lamellis atris.

Hydnum paraſiticum Prod. ff. Berol. n. 1179. Echinus nigricans, ſquamis ellipticis longiſſimis aculeis. *Hall. helv.* n. 2318?

Habitat in Pini cortice, & in ſepibus e ligno Pini ſylveſtris exſtructis circa Berolinum copioſe.

Stipes nullus adeſt. Pileus exacte refert laminam papyraceam vel coriaceam, eſt planus irregularis, tenuis, explanatus, adpreſſus, & lobatus. Superficies externa alba, in junioribus eſt, & villuloſa, deinde color ille albus, mutatur in vireſcentem, obſcure album, fuſceſcentem, & denique in nigrum. Lamellæ ſunt breves a peripheria ad medium innumeris intervallis ſeparatæ, dentatæ vel exciſæ; ut Hydni aruleis, præcipue ſi nigræ ſint, haud diſſimiles videantur. Color lamellarum eſt ruber, deinde fuſcus, tandem vero niger. Vidi exemplaria, lamellis eleganter violaceis, obſcure violaceis, rufeſcentibus, fuſcis, fuſco-nigris, atrisque. Quo antiquior hic Agaricus eſt, eo longiores lamellæ ſunt, ſimiliorque Hydno.

Synonymum Halleri cum deſcriptione convenit, ſed cum icon nulla citatur, non certus ſum.

Explicatio Figuræ.

a. Varietas. *α.*

b. Varietas. *β.*

c. & d. Varietas. *γ.*

8. HYDNUM *rubicundum* acaule album, aculeis rufeſcentibus breviſſimis. *Fig. Noſt. 6.*

Lamina coriacea, tenuis, adpreſſa, lobata, alba. Aculei breviſſimi, rufi, ſimplices ſubteretes, vel compreſſo-convexi. Color rufus aculeorum parum tendit in rubrum, ſed non conſtans eſt, etiam aculeis luteſcentibus inveni.

Habitat in ramulis dejectis Coryli & Alni. Frequens circa Berolinum.

9. HYDNUM *candidum* acaule album, aculeis longis concoloribus. *Fig. noſtr.* 7.

In truncis quercus putridis paſſim circa Berolinum.

Totum album eſt. Aculei ſunt candidi, longi, compreſſi, ſimplices & bifidi. Singulare in hoc fungo eſt, quod de ſuperficie externa nil viſibile ſit.

10. CYATHUS *deformis* arhizus rugoſus albus; capſulis oblongis brunneis. *Fig. noſtr.* 8.

In Grunewald prope Berolinum rarius hanc ſpeciem locis opacis in ramulis arborum dejectis vidi.

Corpus irregulare album rugoſum, per lentem, villoſum eſt. Juniori in ſtatu hemiſphæricam format figuram. Non ut in ceteris ſpeciebus corpus epiphragmate (id eſt, Tunica tenuis, quæ orificium claudit in junioribus Cyathis) tectum eſt; ſed irregulariter rumpit. Capſulæ (lentes) ſunt oblongæ minutæ brunneæ, filo tenui annexæ.

Differt ab omnibus quod epiphragmate deſtitutus ſit. A Cyatho vero cylindrico præcipue differt: 1.) corpore irregulari, rugoſo, vel villuloſo. 2.) Capſulis minoribus oblongis, nec ſubrotundis. 3.) Colore albo, quum Cyathus cylindricus externe flavus, interne albus eſt.

11. PEZIZA *marchica* gregaria fuſca, concavo-compreſſa lobata, externe ochracea papillata. *Fig. noſtr.* 9.

Copioſe hæc ſpecies in Meſo Marchia noſtra, & præcipue circum Berolinum, in ramulis emortuis dejectisque arborum eſt.

Naſcitur hæc Peziza ſemper gregaria in libro ramulorum, dum corticem elevat. Poſt pluvias magis explanatur, ſed mutua preſſione convexa apparet; ſicca tempeſtate vero margo convolutus eſt. Superficies ſuperior eleganter bunnea nitet. Margo irregulariter lobatus, exciſus, vel laciniatus eſt, interdum ſubinteger. Inferior ſuperficies papillis minutiſſimis tecta eſt, quæ per lentem obtuſa & elongato convexa ſunt. Color papillarum orchraceus vel fuſco-luteus eſt.

12. STEMONITIS *elongata* ſtipite brunneo longiſſimo; capitulo obovato flaveſcente, villis brunneis. *Fig. noſtr.* 10.

Stipes longus gracilis, filiformis, brunneus. Capitulum obovatum, volva flaveſcente, & facile diſcedente tectum eſt. Villi ſunt brunnei.

Differt a ſtemonitide pyriformi, cui ſimilis, 1.) Stipite. 2.) Volva facile diſcendente.

In foliis dejectis & muſcis in Grunewald prope Berolinum rarius inveni.

Explicatio Figuræ.

a. Stemonitis cum Volva.

b. Absque Volva.

c. Absque Volva lente aucta.

13. LYCOPERDON *Infundibulum* infundibuliforme ſordide albidum, interne celluloſum. *Fig. noſtr.* 11.

Lycoperdon faccatum nigerrimum pulpa flava, velluliſ fimbriatis. *Hall. helv.* n. 1276.

In Sylva ad Cœpnick prope Berolinum hyeme unicum exemplar ſemel legi.

Corpus infundibuliforme albidum rugoſum, ſuperne convexiuſculum fuſceſcens. Interne flaveſcens cellulo-ſum, ſeminibus concoloribus.

Explicatio Figuræ.

a. Lycoperdon integrum.

b. Lycoperdon fiſſum longitudinaliter.

14. LYCOPERDON *Pini* gregarium oblongum compreſſum aurantiacnm, apice dehiſcens, pulvere concolore. *Fig. noſtr.* 12.

Oblongum obtuſum ſeſſile & paraſiticum lateribus compreſſis, apice irregulariter dehiſcens. Recens aurantiacum, ſiccum albido-flaveſcens eſt. Semen aurantiacum eſt; ſiccitate etiam flaveſcit.

In ramis junioribus emortuis Pini ſylveſtis in der Jungfernheide prope Berolinum, ſed rarius, vere obſervavi.

Explicatio Figuræ.

a. Recens.

b. Siccum Lycoperdon repræſentat.

15. SPHÆRIA *ceratophora* ſolitaria hemiſphærica alba villoſa, mucrone obliquo fuſceſcente. *Fig. noſt.* 13.

In foliis Pini dejectis vere Berolini. Minuta, magnitudine ſeminis Papaveris, alba, per lentem villoſa, hemiſphærica. In medio mucro eſt obtuſus obliquus, fuſceſcens. Similis *Sphæriæ carpini* diverſa tamen: 1.) corpore villoſo albo, 2.) mucrone obliquo, & 3.) quod ſolitaria ſit.

Expli-

Explicatio Figuræ.

a. Magnitudine naturali.

b. Lente aucta.

16. TREMELLA *encephaliformis* oblonga ſeſſilis dilute carnea, plicato-rugoſa. *Fig. noſtr.* 14.

In truncis Pini ſylveſtris inter Bützow & Pegel prope Berolinum hyeme paſſim.

Oblonga, craſſa, plicata, rugoſa, dura, ſubdiaphana pallide carnea, ſicca fuſceſcit, ſed madefacta mox carnea evadit.

17. TREMELLA *annulata*, oblonga, fuſca, gelatinoſa, ætate annulata. *Fig. noſtr.* 15.

In juventute oblonga & integra eſt, ætate vero excavatur, & tandem annulum refert. Subſtantia eſt gelatinoſa diaphana, color fuſco-viridis, magis vero fuſcus.

In lacu ſalſo in Mansfeldia inveni Septembri.

Explicatio Figuræ.

a. Junior Tremella.

b. Adultior media parte excavata.

c. Antiqua tota annulata.

18. TREMELLA *litophila* fuſco-viridis oblongo-convexa. *Fig. noſtr.* 16.

Cum præcedenti in lapidibus lacus ſalſi in Mansfeldia legi.

Corpus irregulare mox ſubrotundum, mox oblongum eſt. Color eſt viridis diſco fuſceſcente.

Explicatio Figuræ.

a. Naturali magnitudine.

b. Magnitudine aucta.

19. TREMELLA *torta* flaveſcens, minuta, inteſtinorum inſtar torta.

In ſepibus antiquis Berolini rarius. Minuta, magnitudine ſeminis Coriandri dilute-flava convexa, meſenterii inſtar rugoſa & torta. Tota diaphana & gelatinoſa eſt.

20. TREMELLA *ſepincola* convexa, ſparſa, crocea, diaphana.

α. Pallida, crocea, oblonga.

β. Eleganter crocea, plana.

γ. Obſcure crocea, ſubrotunda.

Prope Berolinum non infrequens obſervatur hæc ſpecies. α. In ſepibus, β. In truncis antiquis Urticæ aliarumque plantarum. γ. In muſcis.

Magnitudine præcedentis crocea, oblonga, ſeſſilis. Varietas γ ſubrotunda & libera in muſcorum ſurculis hæret. Ceterum diaphana & gelatinoſa eſt. Sicca plana, humida convexa videtur.

21. MUCOR *roridus* ſtipite breviſſimo atro, capitulo globoſo, nigro, pulvere griſeo tecto. *Fig. Noſt.* 17.

Paſſim occurrit prope Berolinum. Capitula minuta atra, ſeminibus fuſcis farcta, albo vel griſeo pulvere tecta, & pedunculo breviſſimo atro ſuffulta, ſæpiſſime in Cruſta a *Byſſo incana Lin.* facta inveniuntur. Irregula-

riter rumpunt hæc capitula, diu tamen durant, ut perennia videantur.

22. MUCOR *mutabilis* fulvus, ſtipite ramoſa, folliculis oblongis, pulvere fulvo.

Fuligo ovata, laminoſa, albida, *Hall. helv.* 2134.

Mucor ovatus. Schæff. fung. tab. 192. mala.

In truncis putridis, ramulis dejectis arborum, & foliis, autumno.

Ab initio mucilaginoſus luteus eſt, deinde fit fulvus. Tam gregarius creſcit, ut tunc Lycoperdoni decorticato non diſſimile videatur. Si ſeparantur individua, ſunt ramoſa ſtipitata, folliculis oblongis, fuſcis, pulvere concolore farctis, (ſi folliculi effœti, ſunt griſei, inde acervus horum mucorum ſemper in ſuperficie griſeus) pedunculatis, compoſita.

Caveat quisque, ne fugitivo tranſeat oculo, dum deſtructo Lycoperdoni adeo ſimilis eſt, ut juraſſem eſſe, niſi originem vidiſſem.

II.

AUSZÜGE AUS FREMDEN WERKEN.

I.

OBSERVATIONES BOTANICÆ.

circa

Syſtema vegetabilium

Divi

A LINNE, Göttingæ 1784 Editum.

Quibus

Accedit Juſtæ in Manes

Linneanos pietatis, Specimen.

Auctore

ANDREA DAHL,

Westgothia-Sveco.

Havniæ, 1787.

Typis Aulæ Regiæ Typographi N. Mölleri & Filii.

Diſſertationem juſſu Ampliſſimi *Ordinis Medici Kilonienſis* pro Gradu Doctoris editurus, diutius animo perpendi, cui Materiæ hanc operam impenderem.

Placuit igitur præſens argumentum, tam quod adfuerim, cum deſcriberentur plantæ in Supplemento introductæ, quasque optime noverim, tam quod ſæpius ad manus habuerim egregias collectiones Botanicas, quas poſſidet amicus noſter æſtimatiſſimus Celeberimus Profeſſor & Eques ordinis de Waſa, Dominus Doctor *Carolus Petrus Thumberg*, unde pernovi, D. Equitem plura conſtituiſſe nova Planta-

rum Genera, quæ Divi a Linné in Supplemento ad Genera ſua dudum cognita retulerant. Hinc mihi perſuadeor, tantum me poſſe conſulere Orbi Botanico hiſce obſervationibus, ut proxima editione Syſtematis Vegetabilium uno ſaltim loco excludantur. Num erroris hujusce ſolus accuſandus ſit incliti Nominis laborisque indefeſſi Botanicus, Conſiliarius Regius aulicus & Eques ordinis de Waſa, Dominus Profeſſor *Jo. Andr. Murray*, non facile dixerim, quum forte non viderit plantas in Supplemento & Diſſertationibus Equitis Thunberg deſcriptas. Etenim ſi quis convictus erit ejusdem vel diverſi Generis eſſe plantas, requiritur, ut non ſolum legantur characteres ſpecifici, chartæ impreſſi, ſed etiam ad manus ſit ipſa herba, oculis obvia. Nec mirum, quod Eques Thunberg absque Supplemento nondum edito, ſingulas a ſe collectas plantas a novis ſibi ignotis ſemper diſtinguere potuerit: audivi enim, ſagaciſſimum Naturæ Myſtam Archiatrum a Linné plures agnoviſſe tales ſui Syſtematis errores, quos, dum in vivis eſſet, dudum annotaverat, & ſi novæ Syſtematis editioni ipſi præeſſe licuerat, emendaturum. Non eſt ſortis humanæ ab omnibus mendis ſibi cavere; quare veritatem quærere & ſcientiæ, quantum fieri poteſt, lucem affundere unicuique incumbit.

Dum in conſortio immortalium virorum *a Linné* nova ut videbatur, planta nobis obveniret, cujus eſſet ordinis naturalis, primum quæſivimus & illam cum Generibus hujus ordinis, habita ratione characterum eſſentialium, comparavimus; quo facto, ſi ad Genus quoddam ejus or-

dinis non pertineret, tum primum novum condidimus, quod quin fixum foret, dubium non fuit.

Si hoc modo in omnibus Generibus quisque verſaretur, inprimis cum Recentiorum Botanicorum Scripta evolveret, plura certe ſe offerrent Genera, graves ob cauſas ad prius determinata, neceſſario amandanda. Hanc ſemper ſecutus ſum methodum, eamque pro lapide lydio in novis Generibus condendis habeo. Hæc quoque fuit cauſa, etſi multis inviſa, cur Dni *a Linné* ſuis in ſcriptis non alia Naturæ producta civitate donarent, quam propriis uſurpata oculis, ne convicti hujus veritatis, methodo dicta ſeveriſſima obſervata, multiplicatione tam Generum quam Specierum in priſtinum Chaos ſcientia rueret. Recentiorum enim ille multiplicandi naturalia pruritus non aliunde oriri videtur, quam quod, quo plura nova Genera & Species quisquam invenerit, eo major inde Botanicus apud vulgum eſſe videatur.

Quod nudo reſpectu *Numeri partium* non fas ſit nova formare Genera, certo certius conſtat ex pluribus plantis ejusdem Generis omnium conſenſu probati, ubi non niſi numerus variat, ut *Portlandiæ*, *Trianthemæ*, *Contyledones*, & ſic *Phytolacca*, cujus quatuor ſunt ſpecies, ſi numeri ſola ratio haberetur, quatuor diverſa efficeret Genera, quod illegitimum eſſe, quisque in Botanica vel minime verſatus, videre poteſt. Quid? quod ex unica Specie novum fingeret Genus, qui novit numerum ſæpe variare in una eademque Specie.

Calyx communis quemadmodum & Receptaculum eſſentialia ſunt in Syngeneſia, ſed, qui extendunt utilitatem horum ad omnia diſtinguenda Genera valde fallun-

tur, quod ex Genere liquet *Proteæ*, ubi omnes hæ partes multimode ludunt.

Involucrum differentiam generum ingredi non potest, valde enim dubitaverim, an pars sit floris an potius herbæ, & sæpius Bractea. Hujus suspicionis ansam dederunt *umbellatæ*; videre saltim nequeo, calycem esse inferum, ubi corolla supera. In umbellatis vel petala intra marginem seminum vel intra quinque denticulos posita sunt, qui genuinos calyces formant adeo ut umbellatæ absque involucro distingui & possint & debeant.

Petala, sive plura sunt sive pauciora, aliis notis characteristicis non accedentibus, genera distinguere non valent, quod ex pluribus generibus patet, ubi species differunt numero petalorum e. gr. *Cacti*. &c. quin immo abesse possunt a Specie quadam, quæ convenienter characteri generico petala producere deberet, ut a *Mesembryanthemo apetalo* &c. patet. Interdum eadem Species petalis gaudet, interdum vero caret. e. gr. *Amannia* latifolia. In *Fraxino* excelsiore etiam observavi flores cum petalis.

Nec omnis differentia *Fructus* semper potestatem facit nova condendi Genera, ut *Cucubalus* bacciferus cum pluribus testatur.

Hæc sunt, quæ præfaminis loco monere volui, specimen hoc cujuslibet veri Botanici censuræ ea conditione subjiciens, ut si veritatem attingere mihi non ubique acciderit, tum errores, quos irrepsisse videat, benevole corrigat non Cranziano *) more perstringat; primus ero, qui Observationibus modestis convictus emendem; *Amicus* enim *Cato*, *Amicus Plato*, *sed magis amica Veritas.*

*) Henr. Joan. Nepom. Crantz, in operibus suis omnibus.

Boerhaavia.

Hoc Genus a *Valeriana* rite diſtingui non poteſt. Sola differentia eſſet, quod corolla *Boerhaaviæ* uniplicata, plica tamen ſæpius eſt oblitterata: huc accedit *Valerianam* Chinenſem & *Boerhaaviam* ſcandentem adeo ſimiles eſſe, ut vix niſi ſtaminum numero recte dignoſcantur; inprimis dum genus *Valerianæ ita* Staminibus variet, ut Species ſint Monandræ, 2. dræ, 3. dræ, 4. dræ & Hexandræ, ut & *Boerhaaviæ* dentur tam Monandræ quam Diandræ, quare Species *Valerianæ* ad *Boerhaaviam* amandandas exiſtimo.

Cinna.

Nullam aliam ob cauſam Gramen hoc diſtinctum conſtituit Genus, quam quod ſtamen modo unum habeat. Si vero ſolus ſtaminum numerus Genera diſtingueret, multa hac ratione eſſent laceranda.

Partes omnes fructificationis ipſeque habitus *Agroſtidi* conveniunt, ita, ut planta *Cinnæ*, rectius videatur *Agroſtidis* ſpecies eſſe. Per annos eam colui & in quibusdam floribus tria vidi, quamvis rarius, ſtamina.

Phillyrea, *Olea* & *Chionanthus.*

Omnia hæc tria genera ſub unico *Oleæ* genere comprehendenda fore arbitror. Notæ diſtinctivæ *Oleam* inter & *Chionanthum* valde ſunt inſufficientes; quia calyx perſiſtens & deciduus, laciniæ corollæ breves, patentes vel longiſſimæ, erectæ, nux rugoſa vel ſtriata non Genera, raro Species diſtinguere valent. *Phillyrea* vero bacca monoſperma ſolummodo differt; ſed cum Fructus hic commo-

dius ſub drupa quam baccis militari poſſit, ad *Oleam Phillyreæ* Species adnumeravimus, habitu quoque ſic jubente.

Nyctanthes glauca.

Jaſmini eſt Species, niſi utrumque genus in unum redigendum, quod rectius mihi videtur. Corollam 8fidam & 5fidam, potius ſuddiviſiones ejusdem generis, quam bina diſtincta genera formare poſſe credimus. Quod, niſi valeret, eadem ratione *Cotyledon* laciniata, alia ut omittam, genus eſſet diverſum. Quoad fieri poteſt, limitibus juſtis circumſcribendus eſt numerus generum, ne in priſtinum chaos incidat ſcientia botanica, generibus non rite fixis.

Nyctanthes glauca, propter corollam 5 fidam verum eſt *Jaſminum*, adeo ut totum Genus *Nyctanthes* tanquam novum & ſuperfluum merito excludatur.

Iris.

Neſcio, qua ratione Dominus Eques & Conſil. R. Aul. *Murray* falſum illum characterem Genericum huic Generi adpoſuerit. Unus quisque, qui vel minime in Botanicen introſpexit, non poteſt non errorem obſervare. Apud *Irides* noſtrates Europæas tubus corollæ pollicaris eſt, neque excludit exiſtentiam tubi, quod ſit farctus. Negari quidem non poteſt, corollam primo adſpectu hexapetalam ſe præbere, perſpecto autem tubo, monopetalam eſſe conſtat. Quod autem re ipſa ſit tubus, tanto citius patet, quanto certius conſtat, laminas, flore marceſcente, non ſeparatim, ſed totam corollam ad capſulam usque ſimul deciduas eſſe.

Quare etiam duæ diſtinctiſſimæ ſpecies confunduntur, charactere ſpecifico omnino perverſo, illo, quem deſignavit a *Linné* ſublato. Hæc ſunt *Florentina atque biflora*; utrasque per plures colui annos, invenique a *Linné* characterem eſſe verum, qui inter alia indicat *Florentinam* habere caulem foliis altiorem, *biſloram* foliis breviorem; novus vero iſte character admodum eſt inſufficiens; utraque enim vel ſubbiflora eſt vel ſubtriflora.

Nullam præterea rationem video, qua caulis in ſcapum mutatur. Si caulis eo diſcernitur a ſcapo, quod ille & folia & flores, hic vero ſolum florem, elevet; qui vel hoſpes eſt in Botanicis, videre poteſt, hoc loco non ſcapum ſed caulem agnoſci. Si hoc modo in terminis ſcientiæ technicis vacillare incipiamus, timendum eſt, ne barbaries in ſcientiam iterum irruat, inprimis cum eo ventum eſt, ut quisque Botanophilus quaſi ſpiritu quodam correptus, nova genera novasque ſpecies perpetuo condat.

Moræa.

Character hujus plantæ genericus non ſecus ac Iridis falſus redditus eſt, corolla, quæ monopetala eſt, hexapetala nominata.

Blæria.

Ab *Erica* male diſtinguitur unice propter ſtamina 4. & calycem 4 partitum, cum *Erica* ſtamina 8. & calycem 4 phyllum habeat. Hæ notæ tanquam nullius momenti non reſpiciendæ ſunt, inprimis in genere *Ericæ*, ubi corolla & calyx multis variat modis. Verum quidem eſt, Ericam genus eſſe vaſtiſſimum; convictus autem ſum, melius eſſe pauciora genera fixa, quam plura vaga condere, modo ſubdiviſionibus Species diſtinguantur, ne ſint difficiles.

Othera & Orixa.

Duo ſunt genera, quorum tamen eſſentialem characterem videre non poſſum, illa qui diſtinguat. Neque enim petala oblonga & ovata efficere poſſunt differentiam generum, nec ſtigma capitatum & ſeſſile. Quam ob cauſam, ſi hæc adſumentur, nihil impedit, quo minus ſub uno comprehendantur genere, donec fructus cognitus ſit. Si forſan pericarpium eſſet bacca, *Skimmiæ* ſunt adſcribendæ, quod dudum factum eſſe debuiſſet, usquedum de Pericarpio certitudinem habuerimus. Genera, quæ non fixa ſunt, peſtiferam luem ſcientiæ ſemper adferunt.

Tillæa.

Perpaucas habet notas, quibus genus fiat diverſum. Perianthium 4 partitum & 5 phyllum, notæ ſunt adeo levidenſes, ut genera diſtinguere non valeant. *Craſſula* notas omnes *Tillææ* characteriſticas poſſidet, & quod magis eſt, nectarium *Craſſulæ* in capenſibus *Tillæis* licuit animadvertere.

Numerum partium in hoc genere non eſſe attendendum, inde apparet, quod *Tillæa* muſcoſa proprium tum conſtitueret genus, ob numerum ternarium, quem in quibusdam *Tillæis*, numerum etiam obſervavi quinarium. Quas ob rationes totum *Tillææ* genus merito excludendum putamus.

Brunia radiata & glutinoſa.

Ambæ hæ Species proprium conſtituere genus debent, ad *Bruniam* nulla ratione referri poſſunt, quum germen ſit inferum, quæ quidem nota generibus diſtinguendis ſufficit.

Novum igitur Genus conſtitui, quod *Staavia* dicitur in honorem indefeſſi *Linaeani* Diſcipuli, oeconomiæ Directoris digniſſimi, Dni. Martini *Staaf*, qui non modo omnem naturæ ambitum dexterrime amplexus eſt, ſed ſpecies naturalium chinenſes innumeras Dominis *a Linné* inſpiciendas miſit, cum is quoque ille eſt, qui Gothoburgi Scientiam amabilem fovet, ſuſtentat, omnibusque commendat.

Character Generis Naturalis.

Cal. *Perianthium commune* hæmiſphæricum, foliolis plurimis imbricatis, linearibus. Proprium monophyllum 5. partitum, laciniis lineari-ſubulatis, erectis.

Cor. *Communis* convexiuſcula; *propria* pentapetala, petalis oblongis, obtuſis, erecto patentibus.

Stam. *Filamenta* 5. ſubulata, baſi perianthii inſerta, Antheræ ſubrotundæ.

Piſt. *Germen* inferum, turbinatum *Styli* 2 coaliti, *Stigma* didymum.

Per. *Nullum. Receptaculum commune*, planum, paleaceum, vel piloſum.

SEM. Solitaria, ovata.

Character eſſentialis.

Cor. 5 petala ſupera. Stam. calyci inſerta. Styli 2 coaliti.

Locus.

In Syſtemate ſexuali *Pentandria* Digynia, poſt *Gomphrenam.*

In ordine naturali *Aggregatæ.*

Species.

STAAVIA *radiata*, foliis linearibus triquetris calyce radiante *) foliolis intimis coloratis.

Chryſanthemum ericoides coronatum. Cap. Bon. Spei. Mor. Hiſt. 3. f. 6. p. 21. t. 3. f. 43. Breyn Cent. 165. f. 82. Pluk. mant. 47. t. 454. f. 7. Phylica radiata Linn. Amœn. Acad. 4. p. 268. Spec. Plant. ed. 11. p. 283.

Brunia radiata Berg. Cap. p. 58. Linn. Mant. p. 209. Syſt. veg. ed. XIV. p. 240.

Deſcriptio.

Radix perennis, lignoſa, ramoſa.

Caulis fruticoſus, pedalis, bipedalisve, craſſitie pennæ cygni, erectus, teres, foliatus, a caſu foliorum cicatricatus, determinate ramoſus, (di- ſeu trichotomus,) ramis virgatis, piloſis.

Folia ſparſa, approximata, erecto - patentia, petiolata, linearia, triquetra, acuta, ſaturate viridia, apicibus fuſcis; juniora piloſa, pilis raris, adultiora nuda, canaliculata, perſiſtentia.

Fulcra: Petiolus linearis, breviſſimus, erectus.

Pubes. Pili ſimplices.

Inflorescentia aggregata, terminalis.

Cal. *Perianthium commune* magnitudine fructus Piperis, foliolis obtuſis, baſi piloſis, exterioribus brevioribus, rudibus, interioribus albidis, longitudine diſci, patentibus, radium mentientibus.

COR. *communis* fuſca, minime glutinoſa.

PER. nullum. *Receptaculum* piloſum.

*) Calyx communis dicitur radians, cum folia in calycis ſuperiora in modum Corollæ floris compoſiti pateant.

2. STAAVIA *glutinosa*, foliis linearibus triquetris, calyce radiante, foliolis omnibus coloratis.

Muscus clavatus Aethiopicus, arborescens, foliis varie inflexis, seminibus Lithospermi. Pluk. amalth. p. 149. t. 431. f. 1.

Brunia glutinosa Berg. Cap. p. 57. *

- - Linn. mant. 11. p. 210. *

- - - - - Syst. veg. ed. XIV. p. 240.

Descr.

Radix perennis, lignosa, ramosa.

Caulis fruticosus, pedalis bipedalisve, crassitie pennæ Cygni, erectus, teres, sulcatus, a casu foliorum, cicatricatus, ramosissimus, ramis proliferis, erectis, pilosus.

Folia. sparsa, approximata, erecto patentia, petiolata, linearia, triquetra, obtusa, saturate viridia, apicibus puncto calloso fusco, juniora pilis raris sæpe adspersa, adultiora nuda, caniculata, persistentia.

Fulcra Petiolus linearis, brevissimus, erectus.

Pubes pili simplices.

Inflorescentia aggregata, terminalis.

CAL. Perianthium commune magnitudine Pisi, foliolis basi biglandulosis, disco longioribus, albidis, patentibus, radium mentientibus.

Cor. Communis fusca, valde glutinosa.

Per. Nullum. *Receptaculum* paleaceum.

Obs. Differt a precedenti, cui valde similis.

α.) caule prolifero.

β.) foliolis Perianthii communis omnibus coloratis, disco longioribus.

γ.) corolla communi glutinosa.

δ.) Receptaculo paleaceo.

Calodendron.

Variat numero staminum, quæ raro sunt 4 plerumque, 5 sæpe 6; Nectario 5 phyllo a *Dictamno* differt; Qui character, si forte hoc genus distinctum reddat, *Dictamnus* Capensis eliminandus est, cum planta sit una eademque.

Caroxylon.

Habitu & pluribus Fructificationis partibus affinis est *Salsolæ*. *Salsolæ* character essentialis est semen spirale, quæ etiam nota hoc in Genere exstat, ut non dubium sit, quin Species fiat *Salsolæ*. *Perianthium* illud diphyllum, quod *Caroxylo* additur, potius nominaverim Bracteas, quibus cum plurimis *Salsolis* convenit: *Squamæ* 5 nectariferæ, pluribus *Salsolis* sunt, *Stylusque* simplex, quo minus distinguat, impedit, quod in *Salsolis* variet inter 1 - 5.

Quo quidem videri potest, *Caroxylon* distinctum Genus non constituere. Descripta igitur est planta eadem sub Genere *Salsolæ* nomine aphyllæ, loco certe genuino.

Vahlia & Russelia.

Utrumque genus una eademque est planta. Si D. Equ. & Consl. R. Aul. *Murray* vidisset nova genera plantarum p. 11. p. 36. Equitis Dni. *Thunberg*, in hunc nunquam incidisset errorem, nam idem est character generis *Vahliæ* ac *Russeliæ* in supplemento. Præterea non mihi persuadeor assumi posse genus ejusmodi charactere ac *Vahlia*. *Flores calyculati sparsi*. *Capsula*. His enim non dignosci potest a multis aliis generibus, nec juste determi-

natur. *Vahlia* itaque hoc in loco excludatur; attamen cum nomina generica a Botanico dicta, ſancte ſervanda ſunt, novum itaque genus impoſui nomen *Vahliæ* in honorem amici noſtri æſtimatiſſimi, Botanici omnino ſolertiſſimi Domini Profeſſoris Martini *Vahl*, Norwegico-Bergenſis h. t. Floræ Danicæ Editoris digniſſimi.

Vahlia.

Character naturalis.

Cal. Perianthium duplex, perſiſtens; exterior, monophyllus, lateralis, trilobus, lobo intermedio longiore; interior monophyllus, quinque-partitus, lanciniis lanceolatis.

Cor. petala 5. contra ſolem ſpiralia, ſecuriformia *) erecta, calyce longiora.

Stam. Filamenta circiter 16. ad medium connata. *Antheræ* oblongæ.

Piſt. Germen ſubrotundum, 5 ſtriatum, ſuperum. Stylus nullus. *Stigmata* 5. oblonga, ſeſſilia.

Per. Capſula ſubrotunda, umbilicata 5. ſulcata, 5 locularis, loculis monoſpermis.

Sem. ſolitaria, oblonga.

Character eſſentialis.

Pentagyna Cal. exterior monophyllus, lateralis. Petala 5 ſecuriformia, Capſ. 5 locularis.

Locus.

In ſyſtemate *Monodelphas* inter & *Dodecandras*, poſt *Pentapeten.* . . . ordine naturali inter *Columniferas.*

Spe-

*) Securiformis dicitur figura oblonga, baſi anguſtata, uno latere falcato, altero latiore, ſemicirculari.

Species.

Vahlia 1. Faſtuoſa.

Synonima invenire non potui.

Habitat in Inſula isle de France dicta.

Deſcr. Radix perennis, lignoſa.

Caulis arboreus, ſolidus, erectus, teres, nudus, ramoſus, ramis ſparſis patentibus, inferne nudis.

Folia ad apices ramorum ſparſa, patentia, petiolata, cordata, acuminata, inæqualiter dentata, nuda, glabra, venoſa, plana, decidua.

FULCRA. *Peliolus* linearis, mediocris, infertus, patens, glaber.

Stipulæ nullæ.

Pedunculus communis, axillaris ſolitarius, patens, teres, bracteatus, petiolo longior.

Bracteæ ſparſæ, lanceolatæ, caducæ.

Inflorescentia corymboſa.

Lachenalia.

Eadem eſt planta ac *Phormium* alooides. *Phormium* tam Alooides quam Orchioides habitui omnino ſunt diverſi & a charactere *Phormii* tenacis diſtincti; ſub genere itaque *Phormii* excludantur, & ad *Lachenaliam* referantur.

Crinum africanum.

Hæc planta ad *Crinum* pertinere non poteſt, cum Germen ſit ſuperum. Novum itaque Genus conſtitui & nominavi *Mauhliam* in honorem Nobiliſſimi D. Johannes

Mauhle, qui ſolus pecuniam mihi ſuppeditaverat ad ſervandum in Patria Muſeum Immortalium a *Linné*; quod tamen, numerata licet eadem pecuniarum Summa, neſcio quo fato, exteris ceſſit. Præfuit laudatus Litterarum Patronus, plures per annos, apud Chinenſes præſens; Suecorum ibidem longinquis Commerciis, unde redux, dici non poteſt, quanto fervore & impetu Res Patriæ oeconomicas juvare & promovere conatur,

Mauhlia.

Character Naturalis.

Cal. Spathæ 2. oblongæ, acutæ.

Cor. monopetala, infundibuliformis. Tubus limbo brevior, ſenſim ampliatus. Limbus 6. partitus, laciniis oblongis, obtuſis, planis, erectiuſculis, æqualibus.

Stam. Filamenta 6. apice tubi inſerta, laciniis oppoſita, limbo breviora, filiformia. *Antheræ* incumbentes.

Piſt. Germen ſuperum. *Stylus* filiformis, longitudine Staminum. *Stigma* ſimplex, integrum.

Per. Capſula ovata, triquetra, trilocularis, trivalvis.

Sem. plura.

Character eſſentialis.

Corolla infera, limbo ſex-partito, laciniis æqualibus.

Locus.

In Syſtemate *Hexandriſtas* inter & *Monogyniſtas* poſt *Pontederiam.*

In ordine Naturali inter *Spathaceas.*

Species.

Mauhlia 1. Africana.

Hyacinthus africanus, tuberoſus, flore coeruleo umbellato, Breyn. prodr. 1. p. 39. icon 23. f. 10.

Comm. hort. 2. p. 133. t. 67.

Seb. theſ. p. 29. t. 19. f. 4.

Hyacintho - affinis tuberoſa radice, umbella coerulea inodora Herm. Lugd. p. 327.

Pluk. Alm. p. 187. t. 195. f. 1.

Polianthes floribus umbellatis. Linn.

- virid. Cliff. p. 29.
- hort. – p. 126.
- Roy. Lugd. Bat. p. 27.
- Mill. dict. t. 210.

Crinum africanum. Linn. Spec. pl. II. p. 420.

- - - - Syſt. veget. ed. XIV. p. 319.

Habitat c. B. Speci, unde bulbos, benevolentia amicorum celeberrimorum D. Joh. *Dassaw*, mercatoris primarii (vulgo Superchargo) & Dni. Franciſci Pauli *Halbmeyer*, Chirurgi primarii ad ſocietatem Mercaturæ Indicæ orientalis, habui. Floruit mihi Novembri menſe an. 1784.

DESCR. *Radix* perennis, bulboſa bulbo tunicato. Folia radicalia plura, ſcapo breviora, erecta, linearia, plana (Narciſſi) integerrima, glabra, nervoſa, carnoſa.

Scapus pedalis & ultra, craſſitie, digiti minoris. Fiſtuloſus, erectus, teres, glaber.

Inflorescentia. Umbella ſimplex, multiflora.

Cor. coerulea.

Canarina.

Differt *a Campanula* ſolo numero, qui cum in terra macra creſcit, ſæpiſſime eſt quinarius, ideoque Genus

excludendum, Specie quoque eadem eſt cum *Campanula* Canarienſi.

Wurmbæa.

Eadem eſt ac *Melanthium* monopetalum, mihique perſuadeo illam non poſſe diſtinctum formare Genus. Corolla eſt quidem monopetala, ſed facillime in 6 partes æquales ſeparatur, quæ etiam reſpicienda non eſt, dum coeteræ partes fructificationis conveniant.

Andromeda.

Cum Genus hoc ab *Erica* non aliter diſtinguatur, quam ſolo numero, excludendum & ad Genus Ericæ reducendum eſſe videtur, Andromeda Dabæcia & Droſeroides utræque octo habent ſtamina, quare ab Erica forſan ſeparatæ ſunt ob foliationem in *Andromedis* alternam, quæ in *Ericis* oppoſita; quod minime ſufficit.

Chamira.

Si hoc genus ſit diverſum, aut ad *Heliophilam* accedat, nulla certitudine dicere queo, cum copia non mihi fuerit flores ejus ſatis examinandi. Id ſaltim conſtat, quod eadem ſit ac *Heliophila* circæoides. Innotuitque mihi, utraque exteriora Calycis foliola, in pluribus *Heliophilis*, baſi eſſe ſacata, licet minus quam in *Chamira.*

Galaxia.

A genere *Ixiæ* diſtincta ſtaminibus monadelphis & ſtigmate multipartito. Hi characteres valde ſunt inſufficientes, & crediderim melius eſſe cum *a Linné*, in Supplemento, eam ad *Ixiam* referre, ubi *Galaxia* ovata dicitur *Ixia* Galaxia, & graminifolia, fugaciſſima.

Siſyrinchium.

Situs ſtaminum Monadelphus eſt, a genere itaque *Moræa* nullo charactere diverſum. Species itaque *Moræa* adſcribendas eſſe patet.

Rhodiola.

Habitus hujus plantæ omnino *Sedi* eſt.

Attamen in ſyſtemate ſexuali tum numero partium, tum & claſſe, *a Sedo* ſeparata. Quod non continuo ſit Dioica, pluribus annis in herba viva, obſervavi, dum fœminea ab anno 1781. vel plures vel pauciores flores hermaphroditos habuerint. Stamia plerumque ſunt octo, tamen non raro flores tam maſculinos quam hermaphroditos decandros & flores hermaphroditos & fœmineos pentagynos vidi. Eo patet, hanc plantam proprium genus non conſtituere, ſed ad Sedum eſſe reducendum.

Veratrum.

Melanthio adeo ſimile eſt, ut diſtingui nequeat, quare *Veratri* Species ad *Melanthium* pertinere debent, capſulæ trinæ Melanthii connexæ, *Veratri* e contrario ſeparatæ. Cum itaque nullæ præterea notæ diſtinguant, ad unum idemque genus amendanda ſunt.

Valantia.

A *Galio* hoc genus eo fuit diſtinctum, quod ſit Polygamum. Sed ſecundum omnem rationem genus hoc ideo evaneſcere debet, quod non ſit naturale, hinc *Valantiæ* ſpecies ad *Galium* transferendas eſſe nullus dubitat. *Galii* flores ſæpe Polygami, quemadmodum alterum ſemen non raro abortit.

Atriplex.

Species hujus ſub *Chenopodio* militari poſſunt. Habitus & omnes partes fructificationis hanc meam demonſtrant ſententiam. Flores fœminei reſpectu Calycis differunt, hæc vero differentia, tanquam vilioris momenti, ubdiviſionibus generis inſervire poteſt.

* * *

SUPEREST, Lectores omnium ordinum humaniſſimi! ut, Linneorum integrum per luſtrum Diſcipulus, manes Præceptorum, Commentariis Lipſienſibus vol. XXV. part. I. p. 106. lin. 18. ſequ. impie corroſos, integritati reſtituere conetur.

Auctorem Criſeos nec Scientiæ nec Suecorum nec *Linneorum* fuiſſe amicum, judicium de Speciebus in Supplemento memoratis p. 106. lin. 18. ſeq. ita ſatis innuere videtur, dum injurioſa hæc verba profert: „Accepta, in„quiens, erunt Botanicis præſertim iis, qui nihil perfecti „vel certi eſſe opinantur, niſi quod *Linneorum* nomine „ſigillum veritatis certitudinisque obtinuerit."

Omnibus veris Botanicis Supplementum hoc acceptum fuiſſe credo. Quemadmodum enim ante ſeniorem *a Linné* nulli, ita nec hodie multis illa contigit felicitas, illa gloria, ut adæquatos rerum naturalium Characteres inveſtigare valuerint, quare etiam Germanicorum facile Princeps Botanicorum, nob. D. Nic. Jaquin illos in opuſculis poſterioribus, tentare auſus, vix ac ne vix quidem fuit. Id veritatis ſigillum, quo ſcientia, meritis *Linneanis*,

crevit, in eo consistit, ut Species omnes, quas suis in scriptis adoptaverint, notis condecorentur adeo distinctis, ut neque de Genere neque de Specie ullum remaneat inventori dubium, dum apud vulgum Neotericorum omnia perpetuo confundantur.

Paulo postea idem: „Videndum, inquit, quoad jugo „Boreali hinc se submittent Botanici atque rerum bota„nicarum æqui competentesque judices." Quod si leges, quibus cautum iverit Botanicus Borealis, ne quisque post hæc Genera & Species Plantarum ad libitum fingere, rite constituta dirimere vel coacervare, sine crimine possit, pro jugo agnoscat fessus inde Criticus; habet certe de quo queratur, cur Ephippia optet, cur jugum excutere Germanis suadeat. At leges juste sancitas sancte observando, genera non nisi fixa adoptare, dubia indeterminata & omnino falsa exterminare, plantis pro novis venditis vera nomina & loca tribuere, nec ut male fieri solet, falso nomine bis vel ter in Systemate repetere. Hoc opus, hic labor, adeo ut jugum dici non possit! Exempla sint, quæ in Dissertatione superius attuli.

Præterea Botanicos, quibus Germaniam eminere, p. 135. perhibet Criticus, cum in plurimas Scientiæ leges non semel peccaverint, adeo „æquos competentesque Judices" esse vix crediderim, ut cum Divis nostris a *Linné* comparari semetipsos se facile patiantur. Patet hoc Scripta Germanorum cum *Linneanis* diligentius conferenti.

Dum celeberrimus *a Linné* in Supplementi præfamine se multa, præcipue ad Characteres & differentias pertinentia in nova editione Systematis, emendaturum polli-

ab Alpino (p. 17.), & Haſſelquiſtius menſem, quo circa Cahiram maturi ſunt, Novembrem ponat (p. 459.) — Quatenus magnitudine cum piris conferri poſſint, non ſatis quidem liquet, quum horum magnitudo valde ſit diverſa, & forte etiam myxa domeſtica non eadem magnitudine ſint; attamen, quæ inter hæc majora ſunt, a piris minoribus vix multum diſtare poſſe videntur: pira autem, quibuscum Theophraſtus perſeæ fructus proprie comparat, illa ſcilicet, quæ in Aegypto & Syria reperiuntur, & Rauwolfio teſte (itin. p. 72.) noſtris minora ſunt, magisque fuerunt antiquis temporibus, quo plerique fructus ut grato ſapore, ita etiam magnitudine, a noſtris abfuerunt, notante Ill. Com. a Buffon (époq. de la nat. p. 111. ed. Amſt.) Parvum pirorum genus neque in Italia fuiſſe rarum, eo, quod Suetonius, Druſum, Claudii Cæſaris filium impuberem, narrat, piro per luſum in ſublime jactato, & hiatu oris accepto, ſuffocatum eſſe, (Suet. in Claudio c. 27.) probari videtur. Pira enim noſtra, ut recte Pet. Burmannus (ad h. l. p. 778.) monet, fere grandiora ſunt, quam ut ore impuberis hiantis poſſint excipi, & inde in fauces deſcendere, ut ſtrangulent. — Figura fructuum ſæpe ſubrotunda eſt cum acumine, præſertim ſilveſtrium, (Alpin. Rumph. Haſſelq.) domeſticorum vero ovata ſ. turbinata, (Alpin. l. c. p. 30. Lippius ap. Geoffr. l. c.) quorumdam oblonga, glandis inſtar. (hort. Malab.) Cordis formam ſatis apte repræſentant: non ſicut pingitur, ſed ſicut revera eſt, ut Salmaſii verbis utar (de homon. p. 87.); ſinguli ad baſin calyce perſiſtente cinereo, velut cupula, arcte cincti & tecti conſpiciuntur, quemadmodum cor ſinubus

venarum adhærentibus. — Amygdalæ modo formatus (ἀμυγδαλώδης) commode dici potest fructus Cordiæ, quoniam non solum formam amygdalæ externam, ut diximus, æmulatur, verum etiam, perinde atque ista, sub tegmine succoso nucem continet, ad amygdalinæ instar scrobiculatam, nucleis utplurimum quidem quatuor, plerumque duobus intra totidem loculos reconditis, aliquando tamen etiam tantummodo unico, fœtis, qui, amygdalarum more, oblongi, albi, dulcesque sunt. (Geoffr. l. c. ex Lippio.) Botanicus hunc fructum drupam succulentam, nuce subquadriloculari: nucleis solitariis, appellaret. Vid. figura tam drupæ integræ, quam nucis & nuclei, accurate delineata & affabre cælata, in egregio ill. Gærtneri de seminibus plantarum opere, tab. 76. fig. 1. — Color fructuum describitur viridis, (Lippi l. c. p. 313.) subviridis, (hort. mal. l. c.) immo in quibusdam insulis Indicis, albicans sive rubens (Rumph.); matura ætate pellucidus, non insuavi glaucedine. (Vesl. de plant. æg. p. 169.) Tandem nigricantem colorem induunt, qualem & ii, qui ad nos adferuntur, servare solent. — Nux intus, ut diximus, contenta, vel compressa est prunique nostratis officulum refert, vel ad triquetram formam accedit, (Joh. Bauh. hist. vol. I. p. 198.) prunorum nuce minor, &, putamen quamquam satis durum sit, facilius fere cultro scinditur. — Caro drupæ dulcis est & suavis, (Vansleb second voy. en Egypte p. 97. Gleditsch mat. med. vol. I. p. 496.) sæpius cum aliqua adstrictione, (Hasselq. p. 459.) concoctu, ob abundantem mucilaginem neutiquam difficilis; cui, ut & particulis saccharinis, tribuen-

dum est, quod hi fructus, copiosius ingesti, alvum solvunt. (cf. Murray app. med. vol. 2. p. 106.) — Radicum longitudo & crassities non magis, fateor, notæ sunt, quam multitudo; verum tamen non sine veri specie conjicitur, arborem magnam, tam multis foliis, ut inter umbriferas referri meruerit, (Forsk. flor. Aegypt. p. LII. cf. Aelian. hist. anim. l. XI. c. 40. p. 372. ed. Schneid.) præditam, radicum sufficiente apparatu instructam esse debere; quarum tamen magnitudo æque ac multitudo, ut in omnibus arboribus, cultura haud parum augetur. — Ligni materies est firma, interne nigricans; (Rumph. l. c.) an nigredine accurate cum ligno loti (quæ Rhamni species apud Linneum est) conveniat, ignoramus, quandoquidem hujus color nuspiam descriptus exstat; & forsitan utriusque nigredo non semper æque pulchra est ac perfecta, id quod de ipso ebeno satis habemus exploratum. — Ad simulacra, & utensilia varia non ineptum esse videtur: in India tamen, quæ plura & præstantiora fert lignorum genera, costæ navigiorum tantum & aratra ex illo parantur; & in Aegypto, nostro tempore, ad ignem in foco alendum potissimum adhibetur. (Forsk. flor. Aegypt. p. LVI.)

Ad loca natalia Cordiæ Myxæ quod attinet, in Aegypto utraque, tam silvestris quam domestica, passim nascitur, imprimis circa Cahiram. (Alp. l. c. Wansleb. voy. l. c. Hasselquist. itin. p. 458. cet.) Crescit utique præcipue in locis Nilo vicinis, ubi solum argillosum, sæpeque humidum, adeoque solo arboris patrio, mox indicando, simile existit; idque Pausanias indicare videtur, cum in ripis Nili perseam, nec alibi, reperiri tradit. Num in

Aethiopia proveniat, indeque in Aegyptum allata sit, nescimus; Alpinus potius e Syria in Aegyptum venisse illam refert. At nec Syria, nec Aegyptus, myxam, & quidem silvestrem, tam copiose generat, ut vel alterius utrius, vel utriusque, indigena civis vere dici possit, sativa in hortis tantum inquilina colitur. Prima, nisi fallor, hujus stirpis patria est India; in qua fere ubique, inde a peninsula cis Gangem, in ultimas Moluccas insulas usque, copiose, & quidem in solo argillaceo, modo sicciori, modo humidiori, immo palustri & uliginoso non solum crescit, sed etiam (in insulis saltem) colitur, sepesque ex illa construuntur, quoniam scilicet facile & salicum nostrarum more tondetur. (Rheed. hort. mal. coll. cum Rumph. herb. amb. ll. cc. Burmanni fl. ind. p. 58.) In Arabia, Persia reliquisque regionibus, Syriam Indiamque interjacentibus, quantum constat, non reperitur: unde fere colligere licet, eam utique olim per Aethiopiam ex India in Aegyptum fuisse allatam. Forte tamen in Aethiopia sponte provenit, quæ præterea plures cum India stirpes communes habet. Ex Aegypto in Palæstinam & Syriam transiisse videtur, ubi in hortis v. c. Tripoli & Halepi colitur, (Rauw. itin. p. 24. & 72.) &, fortassis ex hortis aufuga, sponte nascitur, ut in monte, quem tentationis Christi dicunt, Sidone, (Hasselq. it. p. 317. & 170.) unde in aliquam Aegypti partem, ubi forte deleta fuerat, reducta esse videtur. — Etiamsi vero vel Persæ, vel Perseus persam ex Aethiopia vel quacum demum alia terra in Aegyptum adduxissent, vix tamen ab hoc illisve nomen fortita esse videtur; saltem originem nominis, arboris apud

Aegyptios sacræ, proprii, in propria hujus gentis lingua, & cum hæc dudum perierit, in ejus filia, coptica, primum esse quærendam, quilibet nobis facile largietur. Quem vero alium hac de re consulere potuissemus, ac Jo. Reinh. Forsterum, virum illustrem, eruditione & meritis longe clarissimum neminique secundum, copticæ autem linguæ peritia facile primum? Quod quum fecissemus, vir celeberrimus doctissimis humanissimisque, ut solet, literis respondit: Aegyptios veteres nomen persææ forte expressisse per ΠΕΡΙ-ΣΑΙΕ, *Peri-saie*, quod lingua coptica idem est ac *cibus pulcher*. (Persea etiam scribi solet περσαιε.) Cui explicationi magnam veri speciem conciliat, quod de hujus fructus dulcedine & salubritate supra commemoravimus. Non inficiamur, alios calidiorum regionum fructus saporis suavitate huic antecellere. An tamen multi, quos Aegyptus tulit, & adhuc fert, myxis gratiores dici possint? de hoc penes quemque, harum rerum gnarum, esto judicium. Et verò eoquem præterit, fructus aliquos in Indiis, quæ tamen cupediarum vegetabilium feraces sunt, in deliciis haberi, quæ advenarum ex Europa palatis vix, nisi sero, sapiunt?

At enim, Plinius persææ fructum myxis similem describit; quomodo igitur arbor ista myxa ipsa esse potest? — At facile tollitur hæc difficultas, si statuimus, sativam potissimum arborem nomen persææ tulisse, silvestrem myxæ, idque seriori tantum tempore; myxæ enim vocabulum apud antiquiores Græcos vix legitur. Sæpius scilicet factum est, ut eadem arbor aliud nomen acciperet, si silvestris, aliud, si sativa esset. Sic pirum silvestrem ἀχράδα, sativam

ἄπιον, & utramque insuper ὄχνην appellaverunt. Punicæ silvestris flos βαλαύστιον, domesticæ νύτινος dicebatur. Forsitan autem myxa rubentia apud Plinium longe alius arboris fructus sunt. Ex ejus enim narratione (l. XV. f. 12.) myxæ Romæ aliquando cultæ sunt, sorbis insitæ: quorum neutrum de Cordia Myxa Linn. probari poterit, utpote quæ neque, (quum Rhodi cœlum ei nimis frigidum sit) clima Italiæ hodiernæ, (ubi nuspiam sub dio colitur,) multo minus antiquæ, ferre, neque, etiamsi ferret, fructum maturare, neque sorbis inseri posse videtur. In hanc vero Plinii myxam curiosius inquirere, neque instituti nostri ratio, neque harum pagellarum arcti limites permittunt. Sufficit nobis, indicasse arborem, Botanicis hodiernis apprime notam, in quam characteres omnes perseæ, ab antiquis, præcipue Theophrasto, traditi, bene quadrant. Addimus, aliam inter drupiferas arborem vix repertum iri, perseæ notis melius respondurum; quod qui experiri voluerit, facile inveniet.

2.

Botanische Bemerkungen aus Briefen des sel. Herrn D. J. G. *König*, an Herrn Hofrath *Schreber*.

Auszug aus diesen Briefen — im Naturforscher St. 23. 1788. (S. 201 - 212.) Die Zahl meiner Beschreibungen merkwürdiger Pflanzen erstrekt sich schon über tausend — darunter der wahre *Sago*, der *Copalbaum*, drey bis vier genera aus der Ordnung der *Palmen*, vier Arten vom *Arek*-

ἄνιον, & utramque insuper ὄχνον appellaverunt. Punicæ silvestris flos βαλαύστιον, domesticæ κύτινος dicebatur. Forsitan autem myxa rubentia apud Plinium longe alius arboris fructus sunt. Ex ejus enim narratione (l. XV. f. 12.) myxæ Romæ aliquando cultæ sunt, sorbis insitæ: quorum neutrum de Cordia Myxa Linn. probari poterit, utpote quæ neque, (quum Rhodi cœlum ei nimis frigidum sit) clima Italiæ hodiernæ, (ubi nuspiam sub dio colitur,) multo minus antiquæ, ferre, neque, etiamsi ferret, fructum maturare, neque sorbis inseri posse videtur. In hanc vero Plinii myxam curiosius inquirere, neque instituti nostri ratio, neque harum pagellarum arcti limites permittunt. Sufficit nobis, indicasse arborem, Botanicis hodiernis apprime notam, in quam characteres omnes perseæ, ab antiquis, præcipue Theophrasto, traditi, bene quadrant. Addimus, aliam inter drupiferas arborem vix repertum iri, perseæ notis melius responsuram; quod qui experiri voluerit, facile inveniet.

2.

Botanische Bemerkungen aus Briefen des sel. Herrn D. J. G. *König*, an Herrn Hofrath *Schreber*.

Auszug aus diesen Briefen — im Naturforscher St. 23. 1788. (S. 201 - 212.) Die Zahl meiner Beschreibungen merkwürdiger Pflanzen erstrekt sich schon über tausend — darunter der wahre *Sago*, der *Copalbaum*, drey bis vier genera aus der Ordnung der *Palmen*, vier Arten vom *Arek*-

LITERÆ

Ill. Jo. Reinholdi Forsteri

L. L. Med. & Phil. D. & A. A. L. L. M. Prof. in Fridericiana Halensi celeberrimi quarum in Comm. III. mentio facta est.

— Quod desideras, ut Te docere velim, an non nomen *Perseæ* arboris, Ægyptiæ sit originis, id utique plurimum habet difficultatis. Nam vix quidquam lingua Coptica scriptum, ad nostram ætatem pervenit, nisi partes sacri Codicis in hanc Copticam linguam translatæ & quædam formulæ precum: & ex his rursus pars minima typis est vulgata; adeo, ut non magnus vocabulorum antiquioris Aegypti numerus adhuc dum nobis innotuerit. Inter hæc vocabula *Perseæ* nomen prorsus non reperitur. Diligentiæ curæque Kircheri debemus Vocabularium Coptico-Arabicum, Romæ anno quadragesimo quarto superioris sæculi evulgatum; quod plurima vocabula exhibet quidem, sed subtestæ pleraque fidei. Id Vocabularium Perseam arborem exprimit p. 174. voce. Coptica ⲫⲣⲉ & per vocem Arabicam interpretatur لبنج, (*Labendsch* vel *Ebnedsch* legendum), quam inter Forskaliana plantarum arabica nomina non reperi. Est quidem apud Kircherum p. 196. & 151. alia vox ⲡⲓ-ⲃⲉⲣⲱⲉϭ *Berscheu*, quam Kircherus per *Coriandrum* reddit; at vox arabica adjecta in utroque loco est الكربرة (Al *Kazbarah*); quam Forskalius legit Kurbaræ, quæque ideo esset scribenda الكربرة. Hoc quidem vocabulum similem sonum *Perseæ* habet; verum Coriandrus

Anthoxanthum indicum ist eine wahre Agrostis und weder Anthoxanthum noch Saccharum.— *Sacharum diandrum* hat gewiss nur 2 stamina. Er varrirt sehr: in Siam habe ich es bis $1\frac{1}{2}$ Mann hoch angetroffen; eben so auf dem Vorgebirge von Sallingor in der Strasse Malacca, anderwärts ist es kaum eine Spanne lang, es ist ein Futter für die Elephanten in Siam, das Vieh liebt es nicht.

In den lezten Zeiten hat Linné *Milium* dem *Agrostis* sehr genähert, wie ich an dem Milium cimicinum sehe; ich nehme an; wenn Calyx und Corolla alle Valveln gleich haben, so ist es ein Milium.

Poa Sinensis ist hier in Bengalen sehr gemein an den alten Mauren und Landwegen. Auf der Küste Coromandel wächst sie nicht, wohl aber ein ihr ganz ähnliches Gras, welches nach der Zahl der Blüthen nothwendig eine *Agrostis* seyn muss; diese wächst daselbst mit der Poa malabarica zugleich in sehr feuchtem sumpfigtem Boden. Was Burmann unter dem Namen *Poa malabarica* gezeichnet hat, scheint mir ein Panicum zu seyn — Ich glaube Linné mag wohl unter den *Panicis spicatis* Varietäten für Species angenommen haben — in dem Supplem. finde ich das P. *heluolum* hinzugesezt, dies habe ich für glaucum gehalten; die involucra persistentia bleiben sehr lange noch an dem troknen Halm in Gebüschen und an dem dürren Weg in Feldern; in der grünenden Zeit sind diese involuera bald röthlich, bald purpur, bald blaulich; bald trift man dies Gras vier, bald einen halben Fus hoch, in Aeste getheilt, und ungetheilt an — P. *uliginosum* wächst in sehr tiefen schlammigten süssen Gewässern, seine Spiculæ fallen sehr leicht ab,

sind sind aber noch verschiedne dortige Palmen von mir unbestimmt geblieben. Zu diesen gehört das Rohr, aus welchem die Siamer, Maleyer und Barneöser ihre Boote machen (die schon bey den alten bekannt waren, cfr Bod. a Stapel in Theophr. p, 481. S.) *Crateva tagia* ist eine *Capparis*; statt dieser aber kommen zu diesem Geschlechte 1. Die *Balanghas* oder Elephant-Apfel der Engländer. 2. *Crateva religiosa*.

Von der Gattung *Coix* habe ich eine zwote Art entdekt und beschrieben — viele Arten von *Panicum* sind mir vorgekommen, in welchem Geschlecht wir, ihrer Menge und seiner sehr veränderlichen Charactere wegen, noch alle in der Irre gehen; wer da nur Species häuffen will, der würde leicht bis vierhundert hinansteigen können: — ein groser Theil sind Polygamisten — wer den luxurirenden Boden Indiens betritt, mus gewis in Ansehung der neuen Specierum vorsichtig seyn; denn die es nicht wirklich sind, werden sich bey künftiger unpartheyischer genauer Untersuchung nicht erhalten.

Es giebt hier eine Art *Scirpus* welche Linné mit dem dichotomus confundiert hat, bey dieser kommen die Männchen alle auf einmal zuerst hervor, diese befruchten die Weibchen der benachbarten Pflanzen ihrer Species; wenn diese Männchen völlig verwelkt, und ganz weg sind, so tretten erst die sämmtlichen Weibchen hervor und machen die Umbelle ganz weis, anstatt das sie vorher von Antheren gelb war — diese Weibchen geniessen ihre gerechtsame von den Männchen jüngerer Nachbaren. Das Factum ist zuverläsig. Calcutta. d. 21. August. 1784.

Anthoxanthum indicum ist eine wahre Agrostis und weder Anthoxanthum noch Saccharum.— *Sacharum diandrum* hat gewiss nur 2 stamina. Er varrirt sehr: in Siam habe ich es bis $1\frac{1}{2}$ Mann hoch angetroffen; eben so auf dem Vorgebirge von Sallingor in der Strasse Malacca, anderwärts ist es kaum eine Spanne lang, es ist ein Futter für die Elephanten in Siam, das Vieh liebt es nicht.

In den lezten Zeiten hat Linné *Milium* dem *Agrostis* sehr genähert, wie ich an dem Milium cimicinum sehe; ich nehme an; wenn Calyx und Corolla alle Valveln gleich haben, so ist es ein Milium.

Poa Sinensis ist hier in Bengalen sehr gemein an den alten Mauren und Landwegen. Auf der Küste Coromandel wächst sie nicht, wohl aber ein ihr ganz ähnliches Gras, welches nach der Zahl der Blüthen nothwendig eine *Agrostis* seyn muss; diese wächst daselbst mit der Poa malabarica zugleich in sehr feuchtem sumpfigtem Boden. Was Burmann unter dem Namen *Poa malabarica* gezeichnet hat, scheint mir ein Panicum zu seyn — Ich glaube Linné mag wohl unter den *Panicis spicatis* Varietäten für Species angenommen haben — in dem Supplem. finde ich das P. *heleolum* hinzugesezt, dieß habe ich für glaucum gehalten; die involucra persistentia bleiben sehr lange noch an dem troknen Halm in Gebüschen und an dem dürren Weg in Feldern; in der grünenden Zeit sind diese involucra bald röthlich, bald purpur, bald blaulich; bald trift man dies Gras vier, bald einen halben Fus hoch, in Aeste getheilt, und ungetheilt an — P. *uliginosum* wächst in sehr tiefen schlammigten süssen Gewässern, seine Spiculæ fallen sehr leicht ab,

und werden von dem Vieh gesucht — Pan. *pictum* und *stagninum* kommen einander sehr nahe, mich dünkt aber dennoch dafs sie Specie differieren, ich habe das erstere von der Höhe einer Mauer angetroffen, gemeiniglich aber ist es decumbers 1 bis $1\frac{1}{2}$ Fufs lang. *Stagninum* wächst nur in Bengalen, in sehr tiefen Teichen.

Panicum grossarium, *colonum* und *distachyon* sind einander sehr nahe, ich nehme für grossarium ein Panicum an, das in Indien in Gebüschen und schattigten Wäldern wächst, 2 - 4 Fufs hoch ist, einen schwachen Halm hat, sich an Gesträuchen stützt, und eine blaulich grüne Farbe besizt. — Zu dieser Ordnung kommen zwo neue Species die eine hat einen nur bis 1 Fufs langen riechenden Halm, die Spiculæ partiales sind sehr grofs, dick angeschwollen. Die Farbe ist hell oder gelblich grün — ich habe es nur in Siam und Zeylon gefunden — die andere fand ich in den Circaren. Sie gleicht jenes in etwas, aber die Spiculæ sind ganz haarig, und haben keine Aristas; die Blätter und der Halm sind ganz haarig, es ist $1\frac{1}{2}$ Fufs hoch und wächst in den Gärten als Unkraut. Dieses kömmt dem Panicum compositum nahe, allein die Blätter unterscheiden sich gleich beym ersten Anblick sehr dadurch, das ihre ganze Fläche stark undulirt und wie gekräuselt ist, und die Farbe des ganzen Grases ist dunkelgrün. Keine Species unter den Panicis behält ihren blutrothen Stylum barbatum so lange als diese, und dadurch fällt sie sehr leicht in die Augen, sonst ist die Zeit des grünens nur von kurzer Daur, und das Vieh liebt es auch nur mäfsig, sollte Linné diefs Gras mit seinem *composito* meinen? — P.

hirtellum wählt schattige Gegenden zu seinem Aufenthalte, dies ganze Gras hat eine hellgrüne Farbe, die Blätter sind meist so unduliert als an jenem, alles ist kleiner, die Spicæ partiales sind aber viel reicher an Blüthen, die Aristæ länger, weiss von Farbe, und sitzen dickt an einander, da hingegen sie bey der nächstvorhergehenden Art patentissimæ und remotæ sind, an welcher auch die Blüthen caducæ sind, welches bey gegenwärtigen sich nicht also verhält — P. *flaccidum* ist ein niedergedrüktes Gras mit zusammen gedrükten oder ganz platten Halm. Die Aehren sind weit von einander entfernt — *Panicum fluitans* und *brizoides* gleichen einander sehr im Ansehen, aber P. fluitans ist decumbens, die Blätter schwimmen platt auf dem Wasser, die Rachis spicarum ist dreyeckig, der Calyx uniflorus — P. brizoides steht mehr aufrecht, die Blätter sind auch im Wasser in die Höhe gerichtet, die Rachis ist plana; der Calyx enthält zwo Blüthen, wovon die eine hermaphroditisch, die andre nur mannlich ist, die Antheren und Styli sind nicht hochgefärbt; wie an jener — ich habe noch eine Art von dieser Ordnung angetroffen, die in tieffem Wasser in den Gebirgen bey Wöndelür wächst, und sehr lang war, mit schmalen kurzen an den Rändern scharfen Blättern, diese rechne ich als Varietät zum P. brizoides, und glaube dass von dieser war, was ich an Linné gesandt habe.

Was ich *Panicum ciliare* nenne ist eines der gemeinsten Gräser in ganz Indien — wie ich glaube das nemliche Gras, welches Burmann unter dem Namen P. Sanguinale in seiner Fl. indica abbilden lassen — indess durch das Besondere in den Blüthen, von diesem europeischen Gras gar sehr

verſchicken, wenn es abgeblühet hat, und der Saame meiſt reif iſt, ſo löſet er ſich ab, die daran befindlichen angedrückten Härchen breiten ſich in den heiſſen Stunden aus, und werden zu Flügeln für dieſen Saamen, den der gelinde Mittagswind forttreibt, um andere Gegenden zu beſäen — doch ſind es die Saamen dieſer Art nicht allein, welche dergeſtalt fliegen; es giebt noch mehr Arten deren Saame auf eben die Weiſe wandert — an den Pan. ciliare iſt wohl weiter keine Valvula acceſſoria mehr anzutreffen, als eine apophyſis an der baſi der Blüthen, ich habe ſehr mühſam aber vergeblich darnach geſucht: Allein der Valvularum corollæ wegen kann es gar wohl ein Panicum ſeyn. — P. *miliaceum* hat ſehr viele Varietäten, welche die Einwohner als Arten unterſcheiden, und jeder ihren eignen Boden geben. *Panicum arboreſcens* ſcheint mir ein übereilter Name zu ſeyn, das zeylaniſche ſo wohl als ſiamiſche ſind von baumähnlichem Anſehen weit entfernt; ſie liegen platt an der Erde auf den Reisäkern, ihre kugelförmige Blüthen ſind ſchon genug, ſie von allen andern Graſern zu unterſcheiden, an dem Geſchl. Panicum aber, giebt ihnen nichts weiter ein recht, als nur allein, daſs die Valvulæ corollarum ſteif, glatt, glänzend an den hermaphroditiſchen Blüthen ſind — In Siam aber wächst ein Panicum welches ſolche gefurchte Blätter hat, als wie die erſten Blätter der Palmarten ſind, dieſes wird über Mannshoch und ich habe es der Blätter wegen P. *palmæfolium* genennt, es könnte aber füglicher als jenes arboreſcens heiſſen — P. *iſchæmoides* iſt mir zweifelhaft ob es Linné vorgekommen iſt, es iſt allenthalben in feuchtem Boden an den Teichen

sehr gemein, und unterscheidet sich sehr durch die paniculam raram und dass die Blüthen oder Spiculæ ganz weisslich sind. Die Wurzeln sitzen tief in der Erde, gleichen dem Ingwer und sind so dick, als ein kleiner Finger, der Geschmak ist im Anfang süsslich, wird aber nachgehends scharf und bitter im Mund, und verliert sich nicht leicht, diese Wurzel ist ein gutes Heilmittel der Indianer und sie gebrauchen es als eine Blutreinigung, bey Kindern für den Magen und gegen die Würmer — in Decoct.

Auf den Teichen bes. in den Circaren schwimmt ein Gras das eine sehr ausgebreitete Panicula hat, deren Pedunculi am Ende niederhängen, wo die Blüthen näher an einander stehen; die ganze Panicula hat eine fahl oder weisslichgrüne Farbe, die pedunculi sind alle scharf anzufühlen, die Blüthen sind Polygamisten — ich nenne dies P. *asperum* — in den Reisfeldern wächst ein niederliegendes Panicum — kaum ist die Panicula aus der Blatscheide hervor, so haben die Blüthen ihre Blüthzeit schon geendigt, oft findet sich ein röthliches Würmchen, welches eine Larve ist darinn, dann bleibt die Blüthe stehen, sonst fällt sie gleich ab.

Eine Art *Pharus* mit Bambosblättern habe ich in Siam gefunden, sie hat steife steigende Halmen die über die höchsten Bäume reichten. Calcutta d. 10. Jan. 1785.

Dem Hr. Dr. Solander habe ich zu verschiednenmalen ein sehr schönes Gras gesandt, das ich in den Thälern bey Wondelür, häufig aber bey Apus und Sinni-Pyrmakoil angetroffen habe, es hat eine paniculam simplicissimam oder vielmehr einen racemum, die Spicæ hängen an einem

zarten pedunculo, ſind glockenförmig, und haben viel Aehnlichkeit mit der Pommereulla, allein eine ſolche Spica enthält hermaphroditiſche und männliche Blumen, 5 - 7 zuſammen; ich habe ſie *Gracilea* genennt.

Pomereulla wächst häufig in der Gegend des groſſen St. Thomasberges, auch an dem weſtlichen Fuſs des kleinen Thomasberges, beſonders an der Landſtraſſe, die zwiſchen Marmeberg über den Fluſs geht, ehe man zu dem Ruhehauſe kömmt — zwiſchen den Feldern, wo in der Regenzeit das Waſſer ſtehen bleibt, und der Boden hart iſt. Die kurzen weislich grünen Blätter ſcheiden ſich bifariam, beynahe wie die Lilienarten, ein, und ſind an der Erde angedrückt — wodurch ſie ſich von allen andern Gräſern ſehr unterſcheidet, ausgenommen von einer Art *Andropogon*, das ich *penicillatum* nenne, welches völlig dem barbato gleicht, Aber doch von ihm unterſchieden iſt, dann von einem dem ægyptius ähnlichen *Cynoſurus*; beyde wachſen mit der Pommereulla untermiſcht, und haben in den Blättern viel Aehnlichkeit mit ihr. —

Nardus thomæa hat nicht die Charactere des Geſchlechts Nardus, ich rechne dies Gras lieber zu *Rottboëlla*. Meine definition davon würde ſeyn: — ce ſpitoſa, ſpica ſubulato - plana culmo longiore, foliis faſciculatis erectis convolutis. In der Regenzeit, wo es eigentlich grünt, ſind die Blätter ausgebreitet, und kaum canaliculata; allein von der Sonnenwärme wickeln ſie ſich alsbald zuſam-

men, es leidet kein anderes Gewächse zwischen sich, wächst am liebsten in harter besonders rother Gebirgerde, auch in den Klüften der Felsen, die mit Erde angefüllt sind. Die Ziegen, Schaafe, und anderes Vieh lassen es unberührt. In den Circaren bey Sammelcotto, wächst es am häufigsten, selten bey St. Thomas und in Bengalen — *Nardus indica.* Linn. Suppl. p. 105. ist eben so wenig ein Nardus, obschon der habitus weit mehr dazu ist, sie wächst auch in den Circaren.

Der neue *Coix* den ich *gigantea* nenne, wird bis 2 Mann hoch; der Saame ist ungefähr doppelt so grofs als im Waizenkorn, fast von derselben Figur, aber mit einer ähnlichen Schaale, wie an der ersten Specie überzogen. Er findet sich in den Circaren. Eine schon gemahlte *Festuca* wächst auch daselbst, welche mit ihrem matten Grün, und den rosenfarbnen Rändern, in welche dieses Grün eingefafst ist, sich dem Auge sehr gefällig darstellet.

Moose sind hier sehr wenige — In Siam und Malakka waren noch einige mehr anzutreffen.

Calcutta. d. 16. Febr. 1785.

3.

CAENOPTERIS,

novum e Filicibus Genus — descriptum a P. J. Bergio.

(In Act. Acad. sc. Imp. Petropolitanæ pro anno 1782. P. 2. Petropoli. 4. typ. acad. sc. 1786. p. 248-250. Tab. VII.)

Triginta proxime elapsis annis scientia botanica plus augmenti nacta est, quam integro alias præterlapso seculo, quodque indefesso studio operaque clarissimorum plurium virorum tribuendum, qui nec sumtibus, nec labori nec periculo parsserunt, ut novas detegerent stirpes. Sic plurima a peregrinatoribus rusticis detecta: plurima a Thunberg, Sparrmann, Masson, Auge, qui Caput bonæ spei percurrerunt; Thunberg hoc non contentus Italiam orientalem, imo Japoniam ad iit. Illustr. Banks cum socio Solander, uterque Forster terras australis maris visitarunt; Sonnerat, Commerson, Aublet, partim Americam australem, partim insulas Mauritii & Burboniam, ut plantas carperent petierunt. Emissarii hispanici multas herbas ex America Madritum mittunt pariter ac Sueci Swartz & Hornstedt ex utraque India ad suos amicos. Cel. Mutis in America calida degens, beatissimo solo, plantas obvias legit, describit, pingit, publicas facturus opere splendidissimo quod molitur. Sic scientia botanica quotidie crescit.

Ex horum Cel. Virorum collectaneis quædam eligere mihi licuit, pluraque nova inveni; spero Ill. Academiam Petropolitanam benigne excepturam si hac vice novum inter Filices genus describam.

CAENOPTERIS

Charact. Generis: Fructificationes frondosae. Punctum marginale solitarium, rima concava, scobe parva capitulata ferta.

1. *Cænopteris* furcata; fronde bipinnata, pinnulis imis furcatis, rachi compressa marginata. (fig. 1.)
Hab. in Insula Bourbon.

Descriptio.

Stipes palmaris, compressiusculus, glaber, nudus. *Frons* spithamaea, bipinnata, erecta, glabra. *Rhachis* frondis compressa, leviter marginata, e basibus pinnarum decurrentibus. *Pinnæ* alternae, pollicares, erecto-patentes, distichae pinnatifidae; laciniis suboppositis, plano convexiusculis, 2 vel 3 lineas longis; obtusis subcarnosis; imis paulo majoribus, furcatis: superioribus sensim minoribus. *Fructificationes* in margine interiori singulae. Laciniae prope apicem solitariae, *rima* subrotunda, concava, scobe nigra ferta.

2. *Cænopteris* tutaefolia; frondibus pinnatifidis; laciniis linearibus, planis, obtusis (fig. 2.)
Hab. in Cap. B. spei.

Descriptio.

Stipes teres, glaber. *Frons* pedalis, duplicato - pinnatifida, glabra flaccida. *Pinnæ* inferiores breviores, suboppositae, remotae, petiolatae; pinnulis imis alternis subpetiolatis, cuneiformibus incisis; superiores pinnae oppositae s. alternae proximiores: pinnulis imis pinnatifidis, reliquis simplici-

bus; foliolis ſ. laciniis linearibus, compreſſo-planis, obtuſis, ſubcarnoſis, ſimplicibus, bifidis, vel pinnatifidis, vix ſemiunguicularibus, diſtiche patentibus, glabris, ſubæqualibus. *Fructificationes* ſparſae, rima marginali oblonga, concava, in margine interiori foliioli ſita, ſcobem parvam fovente.

3. *Cænopteris* vivipara; frondibus tripinnatis laciniis ſubulatis erectis. (Fig. 3.)

Acroſtichum viviparum; frondibus viviparis bipinnatis: pinnis binatis unilateralibus: pinnulis pinnatifidis furcatis ſubulatis margine interiore fructificantibus. Linn. ſuppl. 444.

Hab. in Inſalis Mauritii & Bourbon.

Deſcriptio.

Stipes palmaris vel ſupra, ſulcatus, glaber, nudus. *Frons* ovato-oblonga, erecta, ſpithamæa, glabra pinnata: pinnis bipinnatis: laciniis ſ. foliolis ſubulatis acutis. Inferiores pinnæ binatæ, unilaterales, ſurſum ſecundæ, ſuperiores ſuboppoſitæ patentes. *Fructificationes* ſparſæ, in ſingula lacinia frondis ſingulæ ſolitariæ, conſtantes e rima marginali, in medio laciniæ antrorſum ſita, oblonga, concava ori intigerrimo, e quo emergit ſcobs parva. *Propagines* in ſummitate frondis ſolitariæ ſ. binatæ, ſparſæ, iunciformes, obtuſæ, retuſæ, utrinque planæ, ſemiunguiculares, patentes.

4.

Sur la culture des prairies en Boucharie.

Extrait des Lettres de M. *Habliz'l* Correſp. de l'Academie, datées d'Aſtrachan le 19. Juin. 1781.

(Exſt in Act. Acad. Sc. Imp. Petrop. p. a. 1782. P. 1. 4. Petrop. 1786. Hiſt. p. 67. 68.)

M. *Habliz'l* marque à M. l'Academicien *Pallas* qu'il a appris par un Ruſſe qui longtemps a été eſclave en Boucharie, que les paturages, artificiels de ce païs, donc la plante a été indiquée par des voyageurs ſous le nom de *Bedde* n'eſt autre choſe, que la Luzerne (Medicago ſativa.) qui croit ſur les landes au nord de la mer caſpienne. Elle eſt bien auſſi ſpontanée en Boucharie, mais pour en avoir une proviſion ſuffiſante, & pour ſubvenir au defaut des prairies naturelles, on la Seme en aſſez grande quantité pour pouvoir, conjointement avec de la paille de quelques éſpeces de Sorgho (Holcus varius. Sorghum, Sacharatus.) en nourrir le bétail, & ſurtout les chevaux pendant tout l'hyver. On ne choiſit pas le terrein pour la culture de cette plante, mais on eſt obligé de ſubvenir à ces prairies factices par un arroſement artificiel. La Semaille ſe fait en printemps; après que le terrein arroſe a été labouri & herſe; on y repand les graines, ſans les couvrir de terre. On fauche la premiere année une ſeule fois, la ſeconde deux fois; mais par la ſuite on peut faire juſqu'à 5 ou 6 recoltes dans une ſaiſon. Après chaque récolte on donne un arroſe-

meat & la prairie reſte en bon état pendant 25 à 30 années, ſans aucune autre amelioration ou culture que d'y repandre de deux en deux années un peu de fumie ſec, qu'on couvre d'une légère couche de ſable. L'herbe ſe donne pendant l'été toute fraiche au betail; on en ſeche une proviſion pour l'hyver, & on la mële par menage avec la paille de ris, de froment & du ſorgho, Lorſqu'on fait encore labourer ſes prairies pour leur donner un nouvelle culture, les racines de la Luzerne ſont encore une fort bonne nourriture pour les bêtes à corne. Cette culture de la Luzerne ſerait encore très utile pour les landes des provinces meridionales de l'Empire de la Ruſſie, parce qu'elle reuſſit même ſur des terreins Soumâtres & ſabloneux, pourvu que l'herbe y trouve de l'humidité.

Les Voyageurs parlent encore d'une autre plante à päturage que les Bouchares appellens *Youchan*. Ce n'eſt que l'eſpece d'Abſinthe decrite dans l'ouvrage botanique du celebre Jacquin ſous le nom d'Artemiſia auſtriaca. Mais cette plante n'a pas beſoin d'être cultivier: elle vient & proſpere ſans art ſur les terreins les plus arides & ſert de nourriture aux brebis, ſurtout pendant l'hyver, puisqu'elle continue de vegeter ſous la neige.

6.

Obfervationes Botanicæ

Auctore

J. A. Scopoli.

(Delic.Inſubr. T. III. pag. 67-75.)

1. Anno 1774. vidi ad littora Lacus Larii, non procul a Varena, plurimas *Agaves americanas* in rupium fiſſuris radicatas, inter quas octo erant, quæ ſcapos florigiros 12 - 14 pedales erigebant. In primo ſcapi cæteris altioris ramo numeravi flores 135; quibus corolla ſexfida; ſtaminum filamenta ſegmentis corollæ triplo longiora; antheræ magnæ, luteæ, biloculares. In alio ſcapo erant Fructus oblongi erecti, triloculares, apice flaveſcentes, & in ſingulo loculo ſemina in duas ſeries diſtributa ac receptaculo medio affixa latebant. Flores plerique abortivi, ingrati odoris, quem etiam aquae in iisdem collectæ communicant. Prope Lugano, ad pagum Gandri in rupibus hanc ipſam plantam vidit Hallerus.

2. *Tripſacum daſtyloides.* Spicis androgynis, geminis, articulatis: articulis ſuperioribus maſculis, deciduis.

Culmus ramoſus. Spicæ maſculæ pas hinc convexa, ut feminea, inde vero planior. Mares binnati, didymi, æquales, cum

ſuperioribus imbricati, ſcapha non excepti. Cal. biglumis, fovens folliculos tres, tenues, albos, & ſtamina tria. Fœminae exceptae intra cavitatem contigui articuli. Cal. biglumis: gluma majore poro marginali pilos albos fovente. Folliculi duo. Germen rotundum. Styli articulo duplo longiores.

Tripſacum hermaphroditum. Spica hermaphrodita, minime articulata; rachi undulata.

Culmus demum ramoſus. Glumae duae baſi connatae, ibique poro pertuſæ, ſtriatæ. Folliculi duo. Germen oblongum.

3. *Teucrium maſſilienſe.* Suffruticoſum, papillis capitatis pilisque pubeſcens, foliis ſubovatis, crenatis, margine revolutis.

Caulis denſe ramoſus. Foliorum petioli breves, patuli. Flores ſparſi. Bracteae uniflorae. Cal. $\frac{1}{4}$ fidus: Segmento ſuperiore ſubrotundo. Filamenta pallide lutea. Antherae margine nigricantes, in medio vero fulvae. Stylus infra medium villoſulus.

4. In *Saururo cernuo* video Flores in ſpicas denſas, acuminatas, & amento ſimiles collectos. Spica terminalis erigitur tantum ea parte, quæ flores explicat, alia vero parte adhuc nutat. Huic Germen quadrifidum ſeſſile, album, e cujus baſi aſſurgunt ſtamina ſex alba luteolis antheris terminata. Præterea folia gerit cordata, integra, magna; ſubtus pallidiora, petiolis caulem vaginantibus inſtructa.

5. *Panica* linnæana denuo examinanda. Tertia gluma deficit in nonnullis. Panicum ſanguinale, dactylon aliaque, flores non omnes perfectos poſſident.

6. In *Solano diphyllo* flores non video cymoſos, ſed pedunculis ſimplicibus communi & laterali pedunculo impoſitis, quibus

- Corollae parvae & albae; Antherae luteae, bacca rotunda, & flavo-crocea. Praeterea huic folia ex eodem loco bina: uno duplo majore.

7. *Solanum carolinense*, caule annuo; foliis utrinque pedunculisque aculeatis; calycibus inermibus; floribus spicatis.

Folia ovata, sinuata, villosa, subtus magis aculeata. Calyx villosulus. Corolla alba, subtus tinctura aliqua violacea, duplo major ac in S. dulcamara. Fructus secundi.

8. *Saponaria ocymoides*. Fruticulosa; caulibus floriferis erectis; foliis oblongis villosis.

Planta cespitosa. Villi calycini plerique glandula terminati. Rudimenta seminum ex germine transparentia & protuberantia.

9. In *Nolana*, seu Teganio Ill. Schmiedely, baccas non invenio, sed drupas tot quot germina, in quibus totidem nuces biloculares, aut multilsculares, loculis monospermis. Folia quoque huic carnosula, ovata, integra, demum rubella. Pedunculi uniflori. Cal. pentagonus, Corolla rubro-violacea. Stamina barbata, excepto apice. Stigma orbiculatum. Germen cotyla lutea, subsinuata cinctum.

10 *Malva caroliniana*, caulibus diffusis; alis unifloris; arillis bicornibus. Folia 5-7 loba, subtus rarioribus villis pubescentia. Calyx villosus, tuberculoso-glandulosus. Floris color ut in Anagall arvensi. Ad basis singuli petali ocellus; pupilla flava & iride fusca: Pedunculi folio longiores. Atrilli 13-18 nigri; exterius bicornes, interne transversim rugosi; valvis margine ciliatis.

11. *Hyacinthus racemosus*, flores gerit ovatos, pendulos, atrocaerulos, pedunculatos, in densam & brevem spicam congestos, debilemque Violae odorem spirantes. Florit cum Fumaria bulbosas non diversus a Hyacintho verno botryoide,

minore, caeruleo, anguſtioribus foliis, odorato. I. Bauhin II. p. 571. Huic folia canaliculata; ſegmenta calycina exigua, alba, demum violacea, antherſarum pollen albus, ſtylus ſurſum leniter incraſſatus.

12. *Paſſiflorae murucujae.* Folia lunata: lobis rotundatis; medio in loco elatioribus & exiguum acumen e nervo efferentibus. Utraque folii facies punctata: punctis rotundis ferrugineis, in duas ſeries diſpoſitis, quibus alia interjacent, prioribus ſimilia. Puncta haec, quae inferorem folii ſuperficiem occupant ſubocellata videntur. Praeterea huic plantae Caulis ſcandens, angulatus, glaber. Folia glabra, brevi petiolata. Stipulae exiguae, ſubulatae, patulae, ſpinulas referentes. Alae biflorae, cum interjecto cirrho, Petala alba. Nectarium eſt corona ſuſtinens filamenta 34. erecta, ſtaminifera. Germen rotundum, luteo-puctulatum, columnari diſco elevatum. Stigmata pedicellata, pulvinata.

13. *Indigoferae anil.* Flores ſuperiores certius fructificant. Legumina ſurſum vergunt, magisque hirſuta ſunt & fuſca. Tota denique planta magis incana, & Chermis injuriis maxime obnoxia.

Indigoferae vero *tinctoriae*. Flores inferiores certius fructificantes. Legumina pendula, magis falcata, & ſutura ſuperiore obſoleta inſtructa.

14. *Verbeſinae giganteae* caules farcti ſubſtantia alba, ſpongioſa levi quam fibrae diverſimode intertextae conſtituunt. In Tepidario noſtro planta haec nondum floruit, imo caules poſtquam tripedalem altitudinem attigerant a ſummo ad imum exaruere omnes, viva adhuc remanente radice.

15. Sequentium Plantarum aetates a Linnaeanis diverſis, aliaque me ſuadente notavit egregius Horti Academici Ticinenſis cuſtos Joſue Scanagatta.

Boerhaavia *scandens*. L. perennis mihi fruticulosa.
Prænanthes *purpurea*. L. - - mihi perennis.
Cichorium *spinosum*. L. biennis mihi frutex pedalis.
Serratula *salicifolia*. L. - - mihi perennis, repens.
Carduus *monspessulanus*. L. - - mihi perennis.
Cacalia *hastata*. L. - - mihi perennis.
Gallium *purpureum*. L. - - mihi perennis.
Camphorasma *monspel*. L. - - mihi fruticulus.
Paederota *ageria*. L. - - mihi perennis vita 3-4ennalis.
Hedysarum *junceum*. L. - - - mihi perennis.
- - *paniculatum*. L. - - mihi perennis. Habitat in Baldo, Sumano, & in Euganeis.
Cytisus *acida*. L. - - - mihi fruticulus subbipedalis.
Solanum *peruvianum*. L. perentis mihi suffrut.
- - *mammosum*. L. annua mihi fruticul.
- - *carolinense*. L. annua mihi perennis, radix valde reptans.
Achyranthes *lappacea*. L. - mihi fruticulus rigidus.
Spiræa *trifolia*. L. - - mihi perennis.
Convolvulus *disectus*. L. annua mihi suffrutex.

Obs. 16. Insecta Plantis infensa.

Chermis Larvae. *Solanis*; *Piscidiæ* erythr.; *Teucrio* asiat. massilienſi, carneo; *Ocymo* scutellarioid. *Achyranth.* indic. *Ricinici* arifol. *Cestro* diurno; *Dolichos* lign; *Glycine* bitumin. *Asclepiad* curassav. *Psoraleis* fere omnibus; *Coffeæ* &c.

Aphidum larvae. Mimosis; *Justiciæ* hyssopifol & adhatodae; *Celastro* buxifol. *Indigoferis* omnibus; *Ficui* indicae, benghal; religios. *Schino* molli; Pistydio pyrif. *Hibisco* phoeniceo & populif. *Cassia* omnibus; *Tamarindo* indico. Gossypio relig. siamensi, rufo, hirsuto & arboreo. &c.

Assidua attentione, summaque patientia destruuntur aqua saponata.

Aphidum Larvae formicas alliciunt, quibus infenfum Oleum Terebinthinae, Camphora, Nicotiana, redituraе tamen iterum, atque infenfae inprimis Coffeae, Theobromae *quazumæ*, Citris - Echio *candic.* Xanthio *fruteſc.* Guilandinae *bonduc* & *mongæ* &c.

17. Plantae non paucae africanae, & eapenſes, hyeme vivunt gradu caloris 2 - 4 ſupra punctum glaciei. Tales ſunt *Geranium* odoratiſſimum, triſte, capitatum, trigonum. *Lavendula* canarienſis; *Phlomis* leonurus; *Pſoraleæ* palaeſtina. *Solanum* marginatum, pſeudocapſicum. *Ceanothus* africanus &c.

18. *Cucubalus otites* in Horto Ticinenſi Anno 1787. flores omnes hermaphroditos protulit.

19. *Mimulus ringens.* L. Folia lanceolata, inæqualiter dentata, ſeſſilia, glabra, una cum caule. Cal. conſtanter quinquedentatus, tubo corollae brevior. Cor. palatum luteum.

20 *Anthericum aſphodeloides.* L Tota planta polline glauco obducta. Folia ſemiteretia, ſubulata carnoſa. Scapus inferne ſemiteres, ſpicatus, ſpica ſeſquipedali. Pedunculi bracteolati, poſt florescentiam nutantes. Flores lutei. Filamenta villoſiſſima raro fertilia.

21. *Heſperis matronalis.* Caulis ramoſus, ſcaber. Folia inferiora lanceolata ſuperiora latiora, omnia breviter petiolata, utrinque ſcabra. Siliqua linearis compreſſa; pedunculo ſemiunciali patulo.

22. *Clematis criſpa.* Caulis glaber, fuſco - ater, tenuiter ſtriatus Folia primum ſimplicia nondum vidi, ſed decompoſita, aut compoſita, patentia; pinnis 2 - 3. jugis, ternatis, foliolis oblongis, integris, inaequilateris: intermedio ſapius tripartito. Flores dilute caerulei, nutantes, tetrapetali, inodori, Germina ad 22 ſterilia, excepto uno aliove.

23. *Clematis orientalis.* Caulis fuſco - ruber, ſtriatus. Folia patentiſſima oppoſita, bipinnata: pinnis ternatis; foliolis ova-

tis, apice reflexis, intermedio inciso; pedunculi oppositi 2 - 5 flori; petalis albis, saepius quaternis, patulis, inodoris. Germina 3 - 5. fertilia.

24. *Clematis erecta.* Caulis fistulosus, quadripedalis, tenuiter striatus. Folia pinnata; pinnis trijugis, foliolis oblongis. Flores corymbosi Petala 4 - 5 odora patentissima. Germina 5 - 7 fertilia.

25. *Gossypium vitifolium* ab Incolis siamensibus Nanchin dictum, vide turmera varietas G. religiosi. Caulis fruticosus, cinereus, rugosulus ramosus: ramis junioribus purpurascentibus, atomisque nigris punctulatis. Folia cordata, glabra, punctulis nigris notata, inprimis subtus, ubi glandula in nervo medio; petiolis nigropunctulatis, folio vix longioribus. Cal. primus triphyllus: foliis apice subtrifidis; secundus semitrifidus. Corolla pallide lutea, rubore suffusa.

26. *Gossypium religiosum.* Ramuli & petioli villosi, pariter nigropunctulati ut & folia, quae subtus uniglandulosa. Ramuli vix colorati. Caetera notavit Murray.

27. *Lantana camara*: caulis fruticosus aculeatus. Folia nunc cordata, nunc ovata, scabra, rugosa. Capitula haemisphaerica. Corolla primum flava dein fulva, denique pallidior. Germina abortiva, uno aliove exceptis.

28. *Lantana aculeata*: omnia ut in priore, sed Capitula planiuscula: Corollae limbus interne flavescens, immutabilis; Germina fere omnia fertilia.

29. *Lantana aculeata*: confusa cum Lantana *trifolia*. Caulis suffruticosus, scaber, folia terna elliptica. Bracteae non lanceolato - lineares sed ovatae. Reliqua notavit Murray.

30. *Hibiscus abelmoschus* Folia cordata, 5 loba, hispida, subtus inprimis & primo vere glanduloſa. Petioli atropurpurei, longitudine foliorum. Stipulae ſetaceae, pedunculi ſolitarii, axillares, ſuperne incraſſati, purpuraſcentes hiſpidi. Corolla ſulphurea; fauce atro, purpurea. Capſula pentagona, hiſpida, maturitate nigreſcens.

31. *Alyſſum creticum.* Caulis ſuffruticoſus. Tota planta tomentoſa, exceptis corollis. Folia inferiora dentato-ſinuata. Cal. patens. Cor. ſulphurea. Capſula piſi magnitudine.

32. *Braſſica arvenſis.* Suffruticoſa in Horto, levis, & polline glauco obducta. Foliorum anguli rotundati, pagina ultra medium repanda ut folia ſuprema integra. Cal. rubeſcens. Cor. pallide violacea. Antherae flavae.

33. *Ficus carica.* In hujuſce fructu nigro. Fiore di Fico, apud nos dicto, & 25ta Julii collecto, ſequentia obſervavi.

Flos maſculus. Cal. quinquefidus pedunculatus. Stamina 2. ad 7. Filamentum ſingulum apice dilatatum ſuſtinet antheras duas diſtinctas, ovatas, biloculares: filamenta tamen quaedam caſtrata, in centro calycis globulus albus, exiguo acumine terminatus.

Flos femineus. Cal. quadrifidus, pedunculatus. Germen ovatum, ſtylus bifidus. Bacca monoſperma.

Flos hermaphroditus. Cal. quinquefidus, pedunculatus, ſtamina quinque, uno aliove caſtrato ſtylus & fructus prioris.

Folia ſemiquinqueloba, quandoqae & ſemitriloba, magna, ſcabra ſupra magis quam ſubtus, petiolis lactescentibus.

34. *Holcus ſorgum* Floribus omnibus perfectis a me viſum in Agris meratenſibus Jnſubriae Auſtriacae; panicula erecta, ovata contracta; floribus in ſingulo ramulo 2-5: ſupremo biglumi, inferioribus unica gluma donatis: glumis ellipticis ſtriatis; ſtriis viridibus ſenis; folliculis binis, arcte ſeſe

amplexantibus, ovatis villoso-tomentosis germine glabro pyriformi; staminibus tribus; stylis densè villosis luteis; seminibus non aristatis.

In alia planta paniculam diffusam gerente flores pariter, quotquot examinavi, perfectos vidi, sed aristatos: arista supra medium flavescente infra rubella. In his floribus praeter folliculos prioris Varietatis, adsunt folliculi alii duo membranacei, albi; uno majore: altero nigro & aristam e basi educente. Caeterum semina mutica sunt ut in priore.

35. *Polygonum orientale* altissimum; Foliis cordatis; stipulis vaginantibus hirsutis, striatis, margine patulis.

Series unica, circularis punctorum alborum infra rubellam petioli cujusque basin. Racemus nudus; ramis rarioribus spicatis.

36. *Panicum italicum.* Racemus contractus, densus, semipedalis, præ pondere nutans.

Pedunculi florum glabri apicibus incrassatis seta unica ad basim pedunculi singuli. Calix triglumis; gluma exteriore exigua; omnibus muticis, glabris, viridi-striatis. Folliculi duo: una cum germine separabili. Italis Panico. Panizza. Seritur in agris. *Panicum italicum; racemo contracto, pendulo, spiculis unisetis, foliis 14 striatis asperis.*

37. *Panicum hirtellum;* culmo repente, ramoso foliis lanceolatis undulatis; panicula spiciformi; ramulis remotis, 2-5 floris, floseulis patulis, aristatis; aristis viscosis.

Foliorum vaginae longioribus densioribusque pilis pubescentes. Ramus florifer adscendens. Panicula spicaeformis; rachi trigona, pilosa striata, subundulata Spiculae unifiorae, tenues; Calyx biglumis, alsque tertia accessoria. Gluma utraque, at major longius aristata; arista tereti, viscoso humore obducta. Corollae folliculi bini: exteriore

breviter ariſtato. Stamina tria; antheris albis: Styli plumoſi, divaricati, ſaepius rubri. Germen ovale nitidum.

Vidi & flores femineos, unico folliculo praeditos: nec non mares alsque ſtylis. Plerique tamen perfecti ſunt.

Ad vias in herbitis, umbroſis, humidisque locis abunde circa Burleziam, Meratem, Lacum larium, & Lacum majorem, non vero in Inſubrica planiie. Hinc planta Italiae vere indigena non vero ex America migratoria, ut ait Linnaeus Primus detexit Bocconius, at rite deſcripſit & icone illuſtravit Cl. Arduinus. Calix huic non trivalvis, nec floſculi omnes ſemper hermaphroditi. Mutandus eſt itaque eſſentialis Character Panici, aut Gramen hoc ab eo genere removendum. Panicum *udulatifolium* dixit Arduinus, cui minus aptum *hirtelli* nomen ſubſtituit Linnaeus.

38. *Panicum coloratum*; panicula rara; ramis capillaribus pauciflori; glandulis albis, pilo terminatis, marginalibus, ad baſin foliorum.

Culmi tenues, 2 & 3 pedales, nodis ad 10 inſtructi. Vaginae foliorum piloſae. Ad baſin ſinguli folii glandulae praedictae, rarae, albae, fiuitante pilo terminatae. Paniculae racemuli rari, capillares, pauciflori recti. Floſculo cuique ſubjacet gluma, ſubrotunda, violacea, totum florem amplexans. Folliculi 2 ovati, violacei, aequales mutici. Antherae violacea. Sqamula albida, tenuis, adjacens germini oblongo, hinc concavo, indè vero leviter convexo.

39. *Morus alba*. In Inſubria ſaepius dioica; vidi tamen femel in eadem arbore, & in eodem ramo, imo & in eodem amento Mares & Feminas. En quid ſexui tribuendum. Amentum maſculum, deciduum ſtipulatum: ſtipula lineari.

albida, cylindricum, subunciale, pallide luteum, saepius solitarium, ex alis foliorum prodiens.

Calyx quadriphyllus, foliolis oblongis fulcientibus.

Stamina quatuor, calice longiora; filamentis attenuatis, patulis, rectis; antheris pollinem album, rotundum, effundentibus, quo disperso tetragonae apparent.

Vidi etiam stamina duo, cum totidem germinibus.

Amentum femineum ovatum, obtusum, binatum, folio concolor. Calix ut in mare.

Germen subovatum, sulco longitudinali medio notatum. Styli revoluti plumosi.

Bacca monosperma, albida, decidua, cum sociis in unum subrotundum corpus connata.

40. Die sexta Februarii A. 1788. prima vice floruit in Tepidario Horti Botanici Ticinensis Musa.

Musa paradisiaca. Spadice nutante, floribus masculis deciduis. Linn. post octo annos, ac in horto introducta fuit, quaeque tunc bipedalem altitudinem vix attingebat.

Flores hosce examinans, sequentia observavi.

Spathae atropurpureae, carnosae, firmae, oblongae, longitudinaliter striatae, transversim, rugosulae; substantia fibrosa donatae.

Spadix flexuosus villosulus.

Flores hermaphroditi prodierunt primo 21mo. ejusdem mensis.

Ex eodem puncto Flores fertiles octo, ex secundo pariter octo, ex tertio septem, ex quarto alii octo. His

Petala duo inaequalia, opposita, concava, sessilia.

Antherae quinque, ſeſſiles, erectae, fusco-rubrae, in ultimis vero floribus ſtamina ſex unico breviore & mifera.

Stylus conicus.

Germen tetragonum, planis inaequalibus, oblongum glabrum, $2\frac{1}{2}$ pollices longum, quadriloculare, polyſpernum.

Semina medio loco affixa.

Fructum expectare non potui.

Flores ſteriles decidui, inferiores quibus

Petala duo albida: uno duplo certe majore, aliud amplexantes apice quinquedentato, craſſiore, altero tenuiore, ovato tridentato.

Stamina ſemper quina, filamentis brevibus, antheris erectis, fuscorubris.

Stylus ſtaminibus longior, ſtigmate clavato. luteolo.

Germen, ut prius, inferum, multo brevius, ſubtetragonum.

Conceptio nulla.

Exp. CLVI.

Hibiſcus *trionum.* ∝ ♀.

Goſſypium *herbaceum* ♂.

Anno 1759. d. 27. Aug. Flos. 1.
- - 1769. d. 2. Aug. Flos 1.
Conceptio nulla.

Exp. CLVII.

Hibiſcus *trionum* ∝. ♀

Pentapetes *phœnicea* ♂.

Anno 1759. d. 27. Aug. Flos. 1.
- - 1760. d. 30. Aug. Flor. 3.
Conceptio nulla.

Exp. CLVIII.

Goſſypium *herbaceum* ♀.

Hibiſcus *ficulneus* ♂.

Anno 1765. d. 3. Sept. Flos. 1.

Vid. Exp. invers. CXL.

Conceptio nulla.

Exp. CLIX.

Goſſypium *herbaceum* ♀.

Pentapetes *phœnicea* ♂.

Anno 1765. d. 3. Sept. Flor. 3.

Conceptio nulla.

Exp. CLX.

Vrena *lobata* ♀.

Hibiſcus *trionum* α, ♂.

Anno 1774. d. 4. Sept. Flos. 1.

Conceptio nulla.

Compoſitæ.

Exp. CLVI.

Lavatera *thuringiaca* ♀.

triloba ♀.)
olbia ♂.) ♂.

Anno 1771. d. 24. Sept. Flor. 5.

Conceptio inanis vel adhuc dubia.

Exp. CLVII.

Lavatera *thuringiaca* ♀.) ♀.
triloba ♂.)

Malva *capenſis* ♂.

ſcabr. α

Anno 1773. d. 19. Aug. Flos. 1.

Conceptio nulla.

Exp. CLVIII.

Lavatera *thuringiaca* ♀.) ♀.
triloba ♂.)

Althæa *officinalis* β. ♂.

Anno 1773. d. 18. Aug. Flos. 1.

Conceptio nulla.

Exp. CLXIX.

Lavatera *thuringiaca* ♀.)
triloba ♂.) ♀.

Althæa *officinalis* β. ♂.

Anno 1773. d. 18. Aug. Flos. 1.

Conceptio nulla.

Exp. CLXX.

Malva *mauritiana* ♀.)
silvestris ♂.) ♀.

Napæa *hermaphrod.* ♂.

Anno 1774. d. 4. Aug. Flor. 3.

Conceptio nulla.

Exp. CLXXI.

Althæa *officinalis* β. ♀.)
mauritiana. ♂) ♂.

Malva *silvestris* ♀.

Anno 1774. d. 3. Aug. Flos. 1.

Conceptio nulla.

Exp. CLXXII.

Hibiscus *trionum* α.

maurit. ♀.)
Malva *silvestris* ♂.) ♂.

Anno 1774. d. 4. Aug. Flos.

Conceptio nulla.

Car. Lud. L'HERITIER, Dom. de Brutelle in Aula Juvam. Paris. reg. Cons. SERTUM ANGLICUM ſeu plantæ rariores quæ in Hortis juxta Londinum inprimis in horto regio Kewenſi excoluntur, ab anno 1786. ad annum 1787. obſervatæ. Pariſiis typis Petri Franciſci Didot. proſtat Pariſiis apud Prévoſt et Barrois, Londini apud Elmsly, Viennæ et Lipſiæ ap. Græffer. Argentorati apud König. fol. maj. 1788, c. 2. tab. æn. pag. 36.

Cel. Auctor — feliciſſimi ingenii, laborisque indefeſſi Botanicus pariſienſis, deductus in Angliam fuit et hortorum celebritate, et inprimis abſolutiſſimo Linnæano herbario vivo; ubi quindecim per menſes commoratus plantas rariſſimas, hortorum pretioſiſſimorum delineandas curavit; quarum ſelectum aliquem in præſenti faſciculo genti anglicæ offert ac dedicat, cui ſeges illa uberrima debetur, cuique gratum animum teſtare eleganti munusculo voluit — Juvat enim — ait — prædicare, et meminiſſe amo, quam omnes me comiter exceperint; quam viri doctiſſimi in explicanda divitiarum ubertate, ſe præbuerint faciles & commodos; quam ſtudioſi præſertim homines artis botanicæ officioſam mihi operam navaverint.

Exhibet autem Cel. Auctor in pretioſiſſimo opuſculo definitiones, deſcriptiones, obſervationesque circa plantas ſequentes.

WITHERINGIA — novum plantæ genus in memor. cel. Withering. M. D. Londinens. auctoris operis inſcripti Botanical arrangement of British plants. — e Tetrandr. monogyn. —

Char. eſſent. Cal. quadridentatus. Corolla campanulata. Nectar. polymorphum, quadrilobum, corollæ adnatum. Filam. corollæ adnata. Antheræ lateribus dehiſcentes. Germen ſuperum. Bacca polyſperma.

W. *Solanacea.* Tab. 1. — Hab. in Amer. merid. 4. Habit. Phyſalis.

CHLORANTHUS (Swartz) Char. eſſent. Perianthium duplex: *exterius* bracteæforme ſ. mera bractea. *proprium:* Squamula ſemiſupera, lateri germinis exteriori adnata. *Petalum* ſemiſuperum, dimidiatum, trifidum, lateri germinis inſidens, perianthii proprii axillare, antheriferum. *Antheræ* petalo adnatæ. *Germen* ſemiinferum, petaligerum. *Stylus* nullus. *Stigma* capitatum. *Bacca* monoſperma. — (Tetrandr. monog.)

C. *inconſpicuus* Tab. II. (Swartz act. Lond. 1787. p. 359. t. 14.) Nigrina ſpicata. Thunb. gen. 3. 59. jap. 65. Hab. in China. ♄.

(*Pentandria.*) PRISMATOCARPUS *ſpecularia* Heiſter *Legouſia* Durande. — Calyx, corolla, ſtamina ut in Campanula. Germen inferum, longiſſimum polygonocylindricum. Stigma bi-trifidum. Capſula prismatico-cylindrica, longiſſima, bi-trilocularis, polyſperma, foraminibus ſuperis emittens ſemina columellæ affixa.

Prismatocarpi genus habitu ſpecierum quamvis placeat, tamen genuinis characteribus *Campanulæ* nimium proximis forſitan retinendum non erit.

1. P. *interruptus:* foliis ſubulatis ciliatis, ramis floriferis ſuperne interrupte aphyllis. Hab. ad. C. B. S. Thunberg. Oldenburg.

2. P. *paniculatus:* foliis ſubulatis, ſubciliatis, paniculis longius pedunculatis.

Polemonium roëlloides Linn. ſuppl. 139? Hab. ad C. B. S. Andr. Augé. Calyces lineares, acutiſſimi.

3. P. *altiflorus:* foliis ſubulatis ſubciliatis confertiſſimis, pedunculo longiſſimo, aphyllo, germinibus tomentoſis. — Hab. ad C. B. S. Fr. Maſſon.

P. interruptus, paniculatus et altiflorus ſimiles foliis et habitu Lepidii ſubulati. Margines foliorum rigidiusculi aculeis muricato-ciliati.

4. P. *fruticoſus:* foliis lineari-ſubulatis muticis, paniculis terminalibus pedunculatis, caule fruticoſo. Campanula fruticoſa. Linn. Hab. ad C. B. S. Maſſon ♄.

5. P. *criſpus:* foliis linearibus undulatis, caule prolifero laxe ramoſo, germinibus longiſſimis. Hab. ad C. B. S. Augé. Maſſon.

Calyces ſubulati: Folia margine revoluta, uti caulis villoſa. Facies abſolute Campanulæ undulatæ, quæ ſolo germine, ut in aliis Campanulis, turbinato brevi diſtinctiſſime.

6. P. *nitidus:* foliis lanceolatis glaberrimis, floribus terminalibus ſeſſilibus, corollis calyce duplo longioribus. Hab. ad C. B. S. Maſſon. Habitus fere Juſſieuæ — differt a congeneribus quæ flore ſunt ſeſſili caulibus baſi fruticuloſis.

7. P. *ſpeculum:* foliis ovatis floribus ſubaxillaribus ſeſſilibus; calycibus corolla duplo longioribus caulibus diffuſis ramoſiſſimis.

Campanula ſpeculum L. — Calyces omnium longiores nunc lanceolati in junioribus, nunc lineares in ſenioribus plantis.

8. P. *hybridus:* foliis oblongis, floribus terminalibus approximatis ſeſſilibus, corollis ſub clandeſtinis, caulibus erectis.

Camp. hybrida. Linn.

9. P. *pentagonia:* foliis obovatis, rameis lanceolatis, calycibus piloſis corolla brevioribus.

Camp. pentagonia L. Hab. in Thracia, ☉. Planta pedalis ramoſa pubescens. Folia inferiora Bellidis, petiolata, ſubintegra, ſ. vix obſolete crenulata: caulina ſubſeſſilia, obverſe oblonga, ſubintegra; ramea ſeſſilia, oblonga, ſ. lanceolata obtuſa. Flores majusculi. Germina corollis longiora. Calyces lineares, acuti piloſiusculi, patentes nec revoluti ut in P. ſpeculo.

LIGHTFOOTIA. Calyx ſemiſuperus, pentaphyllus. Corolla pentapetala. Valvulæ ſtaminiferæ, ut in Campanula. Germen inferum ſimul et ſuperum. Stigma tri-quinquefidum Capſula tri-quinquelocularis, tot valvis. Semina plurima.

A. Campanula differt corolla pentapetala.

1. L. *oxycoccoides:* foliis petalisque lanceolatis. Lobelia tenella. Linn. Mant. Campanula tenella Linn. ſuppl. 141. Lobelia parviflora. Berg. cap. 354. Hab. ad C. B. S. Maſſon.

1. L. *ſubulata*: foliis ſubulatis, petalis linearibus. Hab. ad C. B. S. Maſſon.

ROELLA *decurrens:* herbacea, foliis lanceolatis ciliatis decurrentibus. Hab. ad C. B. S. Maſſon. ☉

1. HAMELIA *patens:* foliis ſubtus tomentoſis, tubo corollæ cylindrico. H. patens. Jacq. Linn. an. H. erecta. Jacq. amer. 71 ? Hab. in Hiſpaniola. ♄

2. H. *grandiflora:* foliis lævigatis, tubo corollæ ventricoſo.

Nerio affinis arbor, verſicolora materie, lauri folio lucido, flore pentapetaloide ſulphureo amplo. Sloan. hiſt. 2. 63. t. 183. f. 2. Hab. in Jamaica. ♄

RHAMNUS Cal. campanulatus quinquefidus. Petala ſquamiformia, ſæpe nulla. Stamina petalis cucullata. Germen ſubimmerſum. Stylus et fructus varii in diverſis.

Squamulas Linnæanas Rhamni petala affirmat analogia. Ita colligendum eſt ex Ceanotho, nec non e R. zizipho et paliuro.

1. R. *hybridus:* inermis, floribus androgynis, foliis oblongis acuminatis ſerratis vix perennantibus.

Hab. in Hortis ♄. Hanc plantam ultra decennium obtinui e ſeminibus R. *alpini.* Matrem abſolute feminam ſeparatamque a maribus quotannis obſervavi R. alaternus certe pater fuit. Semina in nonnullis Galliæ provinciis copioſe ſata plantam hybridam nec ludentem conſtanter reddidere. — A parente utroque tenet. Herba matris; folia inter R. alpinum et alaternum media, ſubſtantia R. alaterni proxima, et fere perennantia. Flores androgyni patris, nec dioici ut in matre.

2. R. *alnifolius*: inermis, floribus hermaphroditis, foliis ovalibus acuminatis ferratis, subtus reticulatis. Hab. in America septentrionali. ♄. R. alpino facie sat proximus: sed folia laxius nervosa, magis reticulata, tantummodo glabra nec lucida ut in R. alpino.

3. R. *volubilis:* Linn. suppl. 152. R. Scandens. Hill. Kew. 453. tab. 20. Hab. in Carolina. *Garden.* Ladoisia ♄. R. volubilis et lineatus admodum affines. Utrisque flores squamis petaloideis Rhamni, drupæ dispermæ nucleis bilocularibus. Corni.

4. R. *latifolius:* inermis floribus monogynis hermaphroditis, calycibus villosis, foliis ellipticis integerrimis. Hab. in montibus St. Miguel ex Azoribus. Masson ♄. R. frangulæ simillimus, sed major; calyces villosi, et R. frangula glabri, squamulæ petaloideæ sessiles, in R. frangula subunguiculata.

5. R. *prinoides:* inermis, floribus polygamis, stylo subtriplici, foliis ovatis serratis.

Celtis foliis subrotundis dentatis, flore viridi, fructu luteo. Burm. afr. 242. t. 18. Hab. ad C. B. S. Augé. Masson.

6. R. *micranthus:* Linn. erit Celtis micrantha in flore peruana.

CEANOTHUS *reclinatus:* foliis ovatis integris multinervibus, ramis dependentibus.

Rhamnus arborescens minor, foliis ovatis venosis, pedunculis umbellatis alaribus, fructibus Sphæricis. Brown. Jam. 172. t. 29. f. 2. — Hab. in Jamaica.

Guil. Wright. ♄. Fructu exſucco abſolute Ceanothi, petalisque fornicatis brevioribus tamen quam in C. americano, potius retuli ad Ceanothum quam ad Rhamnum: ſed et totum Ceanothi genus rectius ad Rhamnum retrahendum erit.

CELASTRUS *corniculatus:* foliis ovalibus integerrimis perennantibus, capſula tricorni.

Euonymus africanus, foliis laurinis, fructu aculeato. Breyn ic. tab. 22. f. 3. E. foliis ſubrotundis integris fructu corniculato. Burm. afr. t. 97. f. 1. Hab. ad C. B. Sp. ♄. Facies Eucleæ.

2. C. *caſſinoides:* inermis, foliis ovatis utrinque acutis laxe dentatis perennantibus, floribus axillaribus.

Hab. in Madera, Nivaria. Maſſon ♄.

3. C. *phyllacanthus:* ſpinis folioſis, foliis lanceolatis ſerratis perennantibus, floribus lateralibus. Hab. in Senega Adanſon ♄. In H. Paris. floret, ſed nondum fructum dedit.

4. C. *octogonus:* inermis, foliis ellipticis angulatis ſubenervibus perennantibus, capſulis bivalvibus monoſpermis. Hab. in Perua, Dombey. ♄. Folia glauca. Flores forte polygami, hermaphroditis aut femineis rariſſimis. Semen arillatum biſulcum tantum. Dantur et aliæ ſpecies peruanæ et cilenſes quæ ſimiliter gaudent capſula tantum bivalvi.

5. C. *undulatus*: inermis, foliis ſuboppoſitis lanceolatis undulatis capſulis bivalvibus, polyſpermis. Hab. in Bor-

Borbonia. Commerſon ♄. Folia lanceolata acuminata, ſubuninervia, undulata, margine exalbido revoluto. Petala ſpathulata. Stigma obſolete capitatum. Capſ. unilocularis bivalvis, polyſperma. Semina 8-12. nuda nec arillata. — Planta antiſiphilitica. Commerſ. Pericarpio et ſeminibus paululum recedit a Celaſtro, nec ſatis ut novum conſtituat genus.

(Hexandria —) PITCAIRNIA. Calyx tripartitus ſubinferus. Petala 3 linearia convoluta. Squama nectarifera ad baſin petali. Filamenta receptaculo inſerta. Germen ſemiſuperum trigonum. Stylus triſulcus Stigma trifidum, ſpirale. Capſula ſemiinfera, trigona, tricocca, introrſum trifariam dehiscens. Semina numeroſiſſima utrinque membranaceo-appendiculata receptaculo affixa.

P. *bromeliæfolia:* Hab. in Jamaica ♃. Genus Bromeliæ et Tillandſiæ medium.

TRADESCANTIA *diſcolor:* ſpatha triphylla compreſſa, floribus ſubexſertis, foliis lanceolatis ſubtus violaceis. Hab. in Amer. calida. ♃.

CRINUM Corolla ſupera infundibuliformis, ſemiſexfida. Tubus cylindricus. Limbus rotatus, æqualis, ſexpartitus, laciniis linearibus. Filamenta fauci inſerta laciniis oppoſita. Germen inferum. Stylus filiformis. Stigma ſubtrifidum. Capſula trilocularis trivalvis polyſperma. — *Character* ſiſtit in tubo cylindrico, limboque æquali. Defectu Nectarii tantummodo differt a Pancratio.

1. C. *asiaticum*. L. radice bulbosa, foliis carinatis. Rad. toxicaria. Rumph. 6. 155. t. 169. forte potius synonymon sequentis.

2. C. *americanum*. L. radice fasciculari.

3. C. *nervosum*: foliis subrotundis nervosis, filamentis, basi dilatatis. Cæpa silvestris. Rumph. amb. 6. 160. t. 70. f. 1. Hab. in Philippinis. Poivre. Folia cordato-rotundata, integra, acuminata nervosa: nervis concentricis. Scapus multiflorus polyphyllus. Flores longius pedunculati. Corollæ infundibuliformes, tubo filiformi; limbo sexpartito; laciniis lanceolatis, acutis, patentibus. Filamenta fauci inserta, laciniis opposita brevioraque, basi ampliata lata libera, recta nec declinata mihi visa.

Crinum *latifolium* L.	est	Amaryllis *latifolia*.
—— *zeylanicum* L.		—— *zeylanica*.
—— *africanum* L.		Agapanthus *umbellatus*.
—— *tenellum* L.		Leucojum ex sententia Linnæi 2di et Solandri, vel forte novum genus.
—— *obliquum* L.		*Amaryllis umbrella*.
—— *speciosum* L.		—— *speciosa*.
—— *lineare* L.		mihi ignotum.
—— *angustifolium* L.		Amaryllis *cylindracea*.
—— *falcatum*. Jacq.		—— *falcata*.

AMARYLLIS. Cor. supera subhexapetaloidea. Tubus infundibuliformis aut subnullus. Limbus campanulatus sexpartitus irregularis. Filamenta basi laciniarum inserta, declinata inæqualia, proportione vel

directione. Germen, inferum ſtylus declinatus. Stigma trifidum. Capſ. trilocularis, trivalvis, polyſperma. — Eſſentiam generis adminiſtrat directio vel proportio inæqualis filamentorum.

* Corollis regularibus, filamentis alternis brevioribus.

1. A. *lutea.* L. ſpatha uniflora indiviſa, corolla æquali ſeſſili, ſtigmate ſimplici. — A genere paululum recedit.

2. A. *tubiſpatha:* ſpatha monophylla tubuloſa bifida uniflora, pedunculo ſpatha duplo longiore. Hab. in Bonaria. Commerſon.

Scapus uniflorus erectus, quadripollicaris. Spatha medium fere ſcapum occupans tubuloſa cylindracea, bifida, laciniis oppoſitis. Flos longius pedunculatus, erectus. Filamenta alterna 3. breviora mihi viſa. Folia in ſpeciminibus Commerſonianis non exſtabant.

3. A. *tubiflora:* ſpatha uniflora diphylla, corolla infundibuliformi, tubo longiſſimo.

Lilio-narciſſus croceus monanthos Fevill. obſ. 3. 29. tab. 20. Narciſſus peruvianus montanus. Fevill. Mſſ. 48.

Hab. Limæ. Chancaæ in arenoſis Dombey. Filamenta æqualia dicit Dombejus: ſubæqualia mihi viſa, ſed ſpecimen haud optimum obſervavi.

4. A. *ſpiralis*: ſpatha diphylla, pauciflora; pedunculis filiformibus longiſſimis, foliis ſubulatis. Hab. in arenoſis. C. B. S. Bruguiere.

Corolla ſexpartita, limbo patentiſſimo æquali, tubo

brevi. Filam. erecta, alterna breviora. Scapus basi tortilis.

* * Limbo corollæ campanulato irregulari, genitalibus declinatis.

5. A. *atamasca:* L. spatha uniflora bifida, corolla subæquali, genitalibus declinatis.

6. A. *maculata:* spatha uniflora diphylla lineari, flore pedunculato, genitalibus declinatis. Hab. in Chile. Dombey. Scapus punctis lineatis maculatus. Corolla campanulata.

7. A. *chilensis:* spatha uni-biflora subbifolia, lanceolata, floribus pedunculatis, foliis linearibus.

Lilio-narcissus monanthos coccineus. Fevill. obs. 3. tab. 21. (absque foliis) Mss. p. 50. (cum foliis.) Hab. in Chile. Dombey. Flores A. belladonnæ aut reginæ, purpurei.

8. A. *clavata:* spatha uniflora diphylla subulata, corolla clavata.

Hab. in Africa australi. Flos pedicellatus. Tubus basi angustus, mox dilatatus. Limbus brevissimus. Folia non vidi nec stamina observare licuit: an hujus vel præcedentis sectionis, incertum remanet.

9. A. *formosissima.* L. spatha indivisa uniflora, corolla bilabiata sexpartita, petalis inferioribus genitalibusque dependentibus.

Corollam polypetalam mentitur, sed petala revera basi unita, staminaque iis inserta ut in congeneribus: tria inferiora dependentia. Faux obsolete ramentacea.

10. A. *reginæ:* spatha subbiflora, corollis basi tubulosis campanulatis, quinque partitis, fauce tubi hirsuta.

Lilium americanum puniceo flore, belladonna dictum. Herm. par. pag. 194. tab. 194. — Lilio-narciſſus indicus &c. Pluk. alm. 220. tab. 246. f. 2. Lilio-narciſſus polyanthos, flore incarnato, fundo ex luteo albeſcente. Sloan. cat. 115. Mer. Sur. 22. t. 22. Seb. thes. 25. tab. 17. f. 1 A. ſpatha multiflora, corollis campanulatis marginibus reflexis, genitalibus declinatis Mill. ic. 16. tab. 23. Lilio-narciſſus. 2. Trew. Seligm. tab. 18. — A. dubia. Linn. Amœn. tab. 254. Hab. in Jamaica, Surinamo. 4.

11. A. *ſpecioſa:* ſpatha ſubbiflora, corollis erectis baſi tubuloſis campanulatis ſubquinquefidis, fauce tubi glabra.

Crinum ſpecioſum. L. ſuppl. 195. — Hab. in Africa auſtrali. Maſſon. Quamplurimum affinis præcedenti. An ſatis diſtincta?

12. A. *reticulata:* ſpatha ſubmultiflora, corollis nutantibus baſi tubuloſis limbo reticulatis, foliis oblongis. Hab. in Braſilia? — petalis transverse venoſis diſtincta. Faux glabra.

13. A. *belladonna:* floribus umbellatis pedunculatis, ſubhexapetalis, foliis canaliculatis.

Lilio-narciſſus rubens indicus. Ald. farn. 83. tab. 82. Lilio-narciſſus pumilus indicus polyanthos. Corn. can. 153. t. 154. Narciſſus indicus liliaceus dilutocolore purpureſcens. Ferr. flor. 117. t. 121. 123. Narciſſus indicus liliaceus ſaturo colore purpuraſcens Ferr. flor. t. 119. Narciſſus indicus polyanthos liliaceo flore. Rudb. elys. 2. p. 48. f. 7. (figura Ferrarii.)

Lilio aſphodelus capenſis flore roſeo. Pet. gaz. n. 497. tab. 85. f. 5. Lilio - narciſſus jacobæus phœniceus indicus polyanthos. Barrel. rar. 69. tab. 1036. Lilio - narciſſus indicus, ſaturate purpuraſcens polyanthos belladonnaformos italicus. Barrel. rar. 70. tab. 1039. Lilio - narciſſus indicus dilute purpuraſcens, belladonna italorum vulgatior. Barrel. rar. 70. tab. 1040. Lilio - narciſſus indicus, flore elegantiſſime purpuraſcente. Weinm. phyt. 3. p. 276. t. 653. f. A. A. Spatha multiflora, corollis campanulatis æqualibus, genitalibus declinatis. Mill. ic. 15. tab. 28. A. belladonna. Mill. illuſtr. — Hab. ad C. B. S. 24 Laciniæ alternæ extrorſum manifeſtiſſime uncinatæ. Stigma trifidum.

14. A. *vittata:* ſpatha multiflora, floribus pedunculatis ſubhexapetalis, petalis exterioribus margine liberis. Hab. in — 24. Petala inferne connata in tubum carnoſum, ſed margines exteriorum ad baſin liberi.

15. A. *falcata:* floribus umbellatis longius pedunculatis ſexpartitis; foliis falcatis margine cartilagineo muricato diſcolore. — Crinum falcatum. Jacq. Hort. 3. 34. tab. 60. Hab. ad C. B. S.

16. A. *longifolia:* L. floribus umbellatis pedunculatis baſi tubulofis ſexpartitis, foliis ſcapo duplo longioribus.

17. A. *zeylanica:* L. ſpatha multiflora, corollis reclinatis, tubo filiformi longiſſimo, laciniis uncinatis.

Lilio - narciſſus africanus ſcillæ foliis, flore niveo linea purpurea ſtriato. Ehret. pict. 5. f. 2.? Trew. ehret. 3. tab. 13 ?

Pericarpia vivipara.

18. A. *revoluta:* ſpatha multiflora, corollis breviter pedicellatis, baſi tubuloſis reclinatis, laciniis corollæ revolutis, foliis linearibus. Hab. ad C. B. S.

19. A. *latifolia:* ſpatha multiflora, floribus pedicellatis ſubreclinatis baſi tubuloſis, foliis oblongo lanceolatis. Crinum latifolium L.

20. A. *aurea:* ſpatha multiflora, corollis baſi tubuloſis ſexpartitis, laciniis linearibus undulatis, genitalibus corolla longioribus. Hab. in China 4. Folia lato-linearia, læte viridia. Scapus pedalis quinqueſexflorus. Flores breviter pedicellati fulvi. Petala anguſta, inferne diſtantia, undulata. Stigma ſimplex.

21. A. *orientalis*: L. umbella multiflora, floribus longiſſime pedunculatis ſexpartitis, germinibus cuneiformibus triangularibus, foliis ovatis.

22. A. *ciliaris:* L. ſuppl. 195. — An ſit Amaryllis, vel potius Hæmanthus, an duæ ſint revera plantæ adhuc incertum eſt. Unicam ſcilicet breynianam vivam nec florentem novi.

23. A. *umbella:* umbella reclinata corollis incurvis infundibulo-tubuloſis; limbo ſexfido erecto, genitalibus incluſis. Crinum obliquum L. ſuppl. 195. Hab. ad C. B. S. Maſſon 4.

Flores cernui, Tubus corollæ turbinatus. Limbus campanulatus erectus.

24. A. *cylindracea:* ſpatha multiflora, corollis infundibuliformibus, tubo elongato cylindrico ſubincurvo, foliis linearibus.

Crinum anguſtifolium Linn. ſuppl. 195.

* * * Corollis radiatis, tubo ſubnullo.

25. A. *ſarnienſis*: L. ſpatha multiflora, corollis ſubhexapetalis lineari-lanceolatis, genitalibus rectiusculis exſetis.

26. A. *radiata:* ſpatha multiflora, corollis ſubhexapetalis linearibus undulatis revolutis, genitalibus deflexis divergentibus, corolla duplo longioribus.

Lilio-narciſſus. V. Trew. ſeligm. tab. 36. (niſi exhibeat quandam A. ſarnienſis varietatem. Hab. — 4.

27. A. *cinnamomea:* ſpatha multiflora, corollis ſubhexapetalis lanceolatis undulatis, genitalibus erectis corolla brevioribus.

Hab. ad C. B. S. Bruguiere 4. Flores dimidio minores quam in A. undulata. Petala duplo latiora quorum exteriora magis revoluta. Stigma ſimplex. Hæmanthi affinis.

28. A. *undulata:* L. ſpatha multiflora, corollis ſubhexapetalis linearibus canaliculatis undulatis, genitalibus deflexis corolla brevioribus. — Stigma capitatum. Pericarp. viviparum.

A. *ſpiralis:* tubo breviſſimo limboque rotato æquali hic collocari poterat, ſed ſtaminibus alternis, brevioribus ad primam ſectionem revocavi.

Amaryllis *capenſis* Linn. eſt Hypoxis *ſtellata* L. ſuppl. 197.

— *diſticha* Hæmanthus?

AGAPANTHUS: ſpatha polyphylla. Cor. infera infundibuliformis regularis ſexpartita: Tubus brevis. Laciniæ oblongæ ſ. ſpathulatæ, patentes. Filamento tubo ſuperne inſerta, laciniis oppoſita, declinata. Antheræ

biloculares, peltatæ. Germen ſuperum trigonum. Stylus ſtaminibus conformis. Stigma ſubcapitatum. Capſula triangularis, trilocularis, trivalvis. Semina plurima, apice imbricata alata.

A. *umbellatus.*

Crinum africanum. L. — Flores abſolute Hemerocallidis, ſed ſpatha genus diſtinctum.

EUCOMIS: Calyx nullus. Cor. ſexpartita. Filam. ſubulata baſi dilatata, ibique coalita in Nectarium concavum fundo corollæ adnatum. Germen ſuperum. Stigma ſimplex. Capſ. trilocularis, polyſperma.

1. E. *regia*: ſcapo cylindrico, coma maxima folioſiore, foliis undulatis.

Fritillaria regia. L.

2. E. *nana*: ſcapo clavato, floribus confertiſſimis.

Fritillaria nana racemo comoſo, foliis bifariis amplexicaulibus lanceolatis Burm. prodr. 9. Orchidea capenſis tulipæ flore roſaceo. Pet. gaz. t. 85. f. 6. Hab. ad C. B. S. Maſſon. 2.

Frondeſcentia Maſſoniæ. Folia ovata, acuminata, ſubtus lineata, venis apice confluentibus.

3. E. *punctata*: maculata, ſcapo cylindrico elongato laxifloro, foliis enſiformibus canaliculatis.

Asphodelus comoſus. Houtt. nat. Hiſt. 12. pag. 336. tab. 83.

Hab. ad C. B. S. 2. Coma minor minusque folioſa quam in cæteris, pedunculi longiores laxiores.

E. *nana* minor eſt. E. *regia* media. E. *punctata* major.

(Octandria) KOELREUTERIA Perianthium pentaphyllum. Petala 4. quorum infera 2. oppoſita. Nectarium duplex: Squamulæ 4. bipartitæ, unguibus petalorum adnatæ, coronam faucis conſtituentes: glandulæ 3. inter ſtamina et piſtillum. Filamenta ſubdeclinata, columnæ genitali affixa. Germen triquetrum, columna genitali elevatum. Stylus trigonus. Stigma trifidum. Capſula trilocularis, loculis diſpermis.

K. *paullinioides:* K. *paniculata.* Laxm. nov. comm. petr. 16. p. 561. tab. 18. Sapindus *chinenſis.* Linn. ſuppl. 228. Hab. in China. ♄. — Arbor polygama.

(Icoſandria) EUCALYPTUS: Perianth. Operculum ſuperum, integerrimum, truncatum. Petalum: Calyptra obverſe hæmiſphærica, margini calycis impoſita, ante antheſin diſcedens. Filam. numeroſiſſima, calyci inſerta. Germen inferum; ſtylus unicus. Capſula ſubquadrilocularis, apice duntaxat dehiſcens. Semina plurima angulata.

E. *obliqua* Hab. in Nova Cambria. Nelſon. Gu. Anderſon ♄.

(Didynamia) LAVANDULA *viridis:* foliis ſeſſilibus linearibus rugoſis villoſis, margine revolutis, ſpica comoſa, bracteis indiviſis.

Hab. in Madera Maſſon ♄. Differt a L. Stoechade foliis rugoſis villoſis viridibus nec tomentoſis canis, bracteis comaque integris viridibus nec ſubtrilobis purpuraſcentibus.

BYSTROPOGON: Calyx monophyllus quinque ſubulatus, fauce barbatus. Corolla ringens. Labium ſuperius bifidum: inferius trifidum; lacinia extima productiore. Filam. didynama diſtantia. Germen ſuperum, quadripartitum. Stigma bifidum. Calyx barba clauſus, in fundo ſemina quatuor fovens.

1. B. *pectinatum:* paniculis compactis, floribus ſecundis, foliis ovatis.

Nepeta pectinata. L. — Nepeta maxima, flore albo, ſpica habitiori Sloan. jam. 65. hiſt. 1. 173. t. 108. f. 1. (mala, niſi erronea. In herbario Sloanei adglutinatur B. pectinatum ſed icon. fiſtit plantam alienam ad genus *Hypteos* Jacquini forte referendam.) Hab. in Perua Domb.

2. B. *fidæfolium*: paniculis laxiſſimis, pedunculis verticillatis filiformibus, foliis cordatis. Hab. in Perua. Dombey.

3. B. *ſuaveolens:* pedunculis axillaribus ſolitariis, calycibus truncatis criſtatis, foliis cordatis.

Ballota ſuaveolens. L.

4. B. *plumoſum:* paniculis dichotomis, calycibus plumoſis, foliis ovatis ſubſerratis ſubtus tomentoſis.

Mentha plumoſa. L. ſuppl. 273. — B. plumoſum et origanifolium jungunt B. canarienſe et punctatum præcedentibus.

5. B. *origanifolium*: paniculis dichotomis, calycibus plumoſis, foliis ovatis integerrimis ſubtus candidis-

ſimis. Hab. in Nivaria. Maſſon ♄. Admodum affinis præcedenti ſed folia integerrima ſubtus nivea.

6. B. *canarienſe:* pedunculis dichotomis, floribus capitatis foliis ovatis crenatis ſubtus villoſioribus. Mentha canarienſis L.

7. B. *punctatum*: pedunculis dichotomis, floribus capitatis foliis ovatis dentatis glabris punctulatis. Hab. in Madera Banks et Solandr. Maſſon ♄. Laciniæ calycinæ non ſubulatæ ut in cæteris; nihilominus congener.

DIGITALIS *ſceptrum* (Linn. ſuppl. 282) foliis oblongis ſpathulatis ſerratis, ſpicis oblongis pedunculatis apice comoſis, caule fruticoſo.

CAPRARIA *undulata:* (L. ſuppl. 282) foliis ſparſis inæqualiter approximatis ovatis integris ſubundulatis, racemo terminali ſubſimplici. — Folia nonnulla quaſi verticillata.

(Diadelphia) ASPALATHUS *pedunculata*; foliis fasciculatis ſubulatis glabris, pedunculis filiformibus folio duplo longioribus.

Hab. ad C. B. S. Maſſon ♄.

(Syngeneſia) TANACETUM *flabelliforme*: corymbis ſimplicibus, foliis deltoidibus apice ſerratis. Hab. ad. C. B. S. Maſſon ♃ Flosculi omnes hermaphrod. quinquefidi, ſed receptaculo nudo nec paleaceo; potius quadrat cum Tanaceto, quam cum Athanaſia.

ARTEMISIA *argentea* : fruticosa sericea, foliis subpalmatis pinnatisve, laciniis lato-linearibus remotis. Hab. in Madera. Masson. ♄ Tota argentea Receptaculum villosum.

RELHANIA Cal. communis oblongus, imbricatus, squamatus, scariosus. Corolla radiata. Corollulæ hermaphroditæ numerosæ, in disco : femineæ plurimæ in radio. Filamenta hermaphroditis quinque. Anthera tubulosa. Germen utrisque oblongiusculum. Stylus unicus. Stigmata 2 revoluta. Calyx immutatus in Pericarpium. Semina solitaria. Pappus membranaceus, multifidus vel lacerus. Receptaculum paleaceum : Differt ab Athanasia tantum corolla radiata, nec æquali. Potuissent itaque Relhaniæ uti sectio distincta Athanasiis, sociari, suadente Senecione aliisque generibus. Distinguitur a Leysera pappo membranaceo, nec plumoso, ab Osmite flosculis femineis fertilibus, calyce scarioso.

* Floribus aggregatis.

1. R. *squarrosa* : foliis oblongis acuminatis, enervibus apice recurvis. Athanasia squarrosa. L.
2. R. *genistifolia* : foliis lanceolatis acuminatis uninervibus subimbricatis. Athanasia genistifolia. L.
3. R. *microphylla* : foliis linearibus enervibus confertissimis, floribus pedicellatis. Hab. ad C. B. S. Masson. ♄
4. R. *passerinoides* : foliis linearibus enervibus, floribus subsessilibus. Hab. ad C. B. S. Masson. ♄ Folia floresque duplo majora, quam in R. microphylla ; caules erecti nec diffusi.

5. R. *viſcoſa*: foliis linearibus triquetris carnoſiusculis viſcidis. Hab. ad C. B. S. Maſſon. ♄ R. viſcoſa et paſſerinoides inflorescentia habituque admodum affines, ſed in R. viſcoſa folia quaſi trigona ſubcarnoſa adſperſa glandulis pedicellatis quibus R. paſſerinoides deſtituitur.

* * Floribus ſolitariis.

6. R. *laxa*: foliis linearibus villoſis remotis, floribus longius pedunculatis, caule erecto. Hab. ad C. B. S. Maſſon. ♃.

7. R. *pedunculata*: foliis linearibus villoſis, floribus pedunculatis, caulibus diffuſis. Zoegea capenſis Linn. ſuppl. 382. Athanaſia pumila. Linn. ſuppl. 362.

8. R. *lateriflora*: foliis linearibus villoſis, pedunculis lateralibus folio brevioribus.

Athanaſia ſeſſiliflora. Linn. ſuppl. 362.

9. R. *cuneata*: foliis obovatis glabris, floribus ſeſſilibus.

Athanaſia uniflora. Linn. ſuppl. 362.

10. R. *virgata*: foliis linearibus glabris, acumine recurvo folio breviore, floribus ſeſſilibus. Hab. ad C. B. S. Maſſon ♄. Admodum affinis præcedenti; forte mera varietas.

11. R. *paleacea*: foliis linearibus triquetris ſubtus turionibusque canesſcentibus, calycibus ſeſſilibus turbinatis.

Leyſera paleacea. L.

12. R. *ſantolinoides*: foliis linearibus triquetris ſubtus turionibusque incanis, calycibus globoſis ſubpetiolatis.

Hab. ad C. B. S. Maſſon ♄. An ſatis diſtincta a R. paleacea? In utraque pappus tubuloſus, apice dentatus.

13. R. *pungens*: foliis linearibus ſubpungentibus ſubtus ſtriatis floribus ſeſſilibus. Hab. ad C. B. S. Maſſon. ♄.

14. R. *decuſſata*: foliis triquetris linearibus acutis decuſſatis, floribus ſeſſilibus. Hab. ad C. B. S. Maſſon ♄.

15. R. *calycina*: foliis lineari - lanceolatis ſubtrinervibus acutis, floribus ſeſſilibus.

Oſmites calycina. Linn. ſuppl. 380. R. pungens, decuſſata, calycina, gaudent calyce ampliori ſquamis intimis majoribus. Vix idem in R. paleacea.

16. R. *bellidiaſtrum*: foliis linearibus tomentoſis, floribus ſeſſilibus. Oſmites bellidiaſtrum. Linn. ſpec. 1285. Pappus nullus, a genere ſat alienus.

1. CINERARIA *humifuſa*: pedunculis unifloris, foliis reniformibus ſubangulatis, petiolis apice auriculatis nudisve.

Aſter flore luteo, foliis cymbalariæ. Raj. hiſt. 3. 158. Aſter africanus minimus monanthos luteus, foliolis anguloſis minimis aceris forma vel cymbalariæ. Raj. hiſt. 3. 161.

Hab. ad C. B. S. Maſſon. ♄ Affinis C. cymbalarifoliæ, ſed flores lutei calycesque villoſo - ſcabriusculi, dum flores purpurei calycesque glabri in C. cymbalarifolia.

2. C. *viſcoſa*: pedunculis unifloris, foliis pinnatifido-lobatis acutis viſcidis carnuloſis. Hab. ad C. B. S. forte tantum varietas C. humifuſæ.

3. C. *ſcapiflora*: pedunculis longiſſimis unifloris, foliis ovatis glabris duplicato dentatis. Hab. ad Cap. B. S. Maſſon. Folia duplicato dentata, vel ſublobata.

4. C. *mitellæfolia* : pedunculis subbifloris, foliis cordatis glabris laxe dentatis, petiolis simplicibus.
Senecio cordifolius Linn. suppl. 372.

5. C. *lanata* : pedunculis unifloris, foliis cordato-subrotundis septangulis subtus lanuginosis. Hab. in Nivaria. Masson. ♄. Flores purpurei.

6. C. *populifolia* : floribus corymbosis foliis cordatis subangulatis subtus tomentosis, petiolis apice multijugo appendiculatis.
Cacalia appendiculata Linn. suppl. 352. Flores lutei. Folia populi albæ.

7. C. *aurita* : floribus corymbosis, foliis cordatis subangulatis subtus tomentosis, petiolis basi biauritis. Hab. in Madera. Masson. Flores purpurei. Folia quoque populnea. Variat auriculis majoribus vel minoribus.

8. C. *ramentosa* : floribus corymbosis, foliis cordatis angulatis subtus tomentosis petiolis superne appendiculatis, calycibus ramentosis.
Cacalia echinata. Linn. suppl. 353. Hab. in Canariis Masson ♄. Calyces adsperli denticulis numerosis.

9. C. *malvæfolia* : floribus cymosis, foliis cordatis angulatis infra subtomentosis, petiolis simplicibus. Hab. in Canariis & Inf. S. Miguel ex Azoribus Masson ♄.

10. C. *multiflora* : floribus cymosis, foliis cordato-ovatis, subtus tomentosis, petiolis dimidio-auritis. Hab. in Inf. Canariens. collibus. Masson.

11. C. *cruenta* : floribus cymosis, foliis cordato angulatis subtus purpurascentibus, petiolis basi auritis. Hab. in Nivaria. Masson ♄.

12.

12. C. *tuſſilaginis* : floribus laxe paniculatis, foliis reniformi-cordatis multangulis ſubtus tomentoſis, petiolis baſi auritis. Hab. in Canariis, Teneriffa Maſſon ☉.

13. C. *lobata* : floribus ſubcorymboſis, foliis ſubrotundis multilobatis glabris, petiolis baſi auritis, calycibus ſubcalyculatis. Hab. ad C. B. S.

Banks & Solander. Maſſon ♄. Bractea una alterave ſub calycibus fere calyculi inſtar vix diſtinguitura Senecione. Herba potius Cinerariæ.

14. C. *ſenecionis*: floribus ſubcorymboſis, foliis ſinuato-pinnatifidis glabris, caulinis ſeſſilibus.

Hab. ad C. B. S. Forſter ♄. Cinerariæ quæ calyculatæ ſunt, quales C. americana et lineata, forte melius ad Senecionem revocandæ.

BOLTONIA. Calyx communis ſubimbricatus; ſquamis linearibus. Corolla radiata. Germina compreſſa, verticalia. Pappus obſolete dentatus bicornis. Receptaculum favoſum.

In Aſtere Calyx imbricatus. Pappus piloſus. Receptaculum nudum ex Linnæo, ſed revera ſimiliter alveolatum.

In Matricaria Pappus nullus. Receptaculum nudum. In Spilantho Corolla ſæpius uniformis. Receptaculum paleaceum.

1. B. *glaſtifolia*: foliis inferioribus ſerratis.

Matricaria glaſtifolia. Hill. Kew. 19. t. 3.

Hab. in America ſeptentrionali 2.

2. B. *aſteroides*: foliis integerrimis.

Matricaria aſteroides. L. Mant. 116.

BUPHTHALMUM *fericeum*. L. fuppl. 379.

Hab. Fuertæ-venturæ Canarienfium. Maffon ♄.

STOKESIA Calyx communis foliaceus, fubimbricatus. Corolla flosculofa biformis: in radio corollulæ hermaphroditæ, regulares: in ambitu irregulares radium conftituentes. Filamenta utrisque quinque. Anthera cylindracea. Germen regularibus tetragonum, irregularibus trigonum. Stylus filiformis. Stigma bipartitum fubulatum. Pappus filamentofus, deciduus, corollulæ æqualis, regularibus quaternus, irregularibus ternus. Receptaculum nudum. — Affinis Carthamo, a quo differt receptaculo nudo, pappo quadrifilamentofo, floribus radiatis.

S. *cyanea* Carthamus lævis. Hill. Kew. 57. t. 5. Hab. in Carolina auftrali 4. Cor. Centaureæ cyani. Calyx fere Carthami.

(Gynandria)

1. LIMODORUM *Tancarvilleæ*: fcapis radicalibus terminalibusve fimplicibus, floribus pedunculatis.

L. tancarvilleæ. Banks Icon. absque fermone. Hab. in China. 4.

Etfi labium nectarii poftice definat in calcar breviffimum, a Limodoro tamen feparandum non videtur.

2. L. *tuberofum*. L. fcapis fubfimplicibus, floribus feffilibus. Racemi fimplices in omnibus fpeciminibus a me vifis et in Millero, fed Martynus compofitos pingit. (cent. 50. t. 50.)

3. L. *altum* L. fcapis paniculatis, floribus pedunculatis. Synon. Plumieri excludendum, uti exhibens plantam

ſimpliciter racemoſam nec paniculatam, floribusque forte ſeſſilibus.

(Monoecia)

GENESIPHYLLA. *Maſc. flores.* Calyx rotatus ſexpartitus; laciniis internis tribus majoribus. Cor. nulla. Nectarium: Glandulæ 6. ſingula ad baſin ſingulæ diviſuræ calycis. Filam. unicum, ſuperne trifidum. Antheræ tres bilobæ.

Feminei flores, maſculis immixti apicem verſus ejusdem folioli: Calyx ut in mare, perſiſtens. Corolla ut in mare. Nectarium: Operculum ſubtrigonum, cingens germen. Germen ſuperum, ſtyli tres, tripartiti ſubulati: Stigmata ſimplicia. Capſula trilocularis. Semina bina. Si pro diſtincto genere ſtare non valeat, cum Phyllantho potius jungenda quam cum Xylophylla.

G. *aſplenifolia*, Xylophylla latifolia. Linn. mant. 251. Pluk. alm. 154. t. 46. f. 7. Sloan. hiſt. 1. 80. Ph. Brow. jam. 188. n. 1. Cætera Linnæi ſynonyma ſc. Commelini, Pluknetii, Catesbii, Sebæ nec non Phyllanth. 2 Brownei et Phyllanthus epiphyllanthus L. ad Xylophyllam falcatam Swartzi retrahenda ſunt.

(Dioecia)

TAMUS *elephantipes*: foliis reniformibus integris. Hab. ad C. B. S. 24.

Feminâ adhuc ignotâ certius pronunciare inter Tamum et Smilacem difficillimum. Nihilo minus in mare rudimentum germinis ſtylo coalito calyci inſtructum indicat germen inferum, unde ſuſpicari licet Tamum eſſe,

(Polygamia)

EUCLEA Calyx quinque dentatus, parvulus perſiſtens. Corolla monopetala, quinque partita, calyce major, receptaculo inſerta: laciniis ovatis obtuſis patentibus. Filamenta circiter 15 brevia, receptaculo inſerta. Antheræ erectæ, biloculares, tetragonæ, villoſiusculæ, corolla breviores. Germen ſuperum, pyramidato-ovatum. Styli duo longitud. Staminum. Stigmata ſimplicia. Capſula baccata i. e. pulpa induta, ſubrotunda, tricornis, trilocularis, trivalvis. Semina ſolitaria, ſubrotunda, arillata, uno alterove abortiente. — Dantur flores hermaphroditi et hermaphroditi maſculi ſc. germine abortivo, unde videretur polygamus. Planta femina ſi exſtat me fugit.

E. *racemoſa.* Linn.

Celaſtrus *corniculatus* meus, ſupra in hoc opere deſcr. Padus &c. Burm. afr. 238. t. 84. f. 1. (Autor hic fructum infantem forte exhibet.)

Capſulæ abſolute Celaſtri niſi baccatæ & cornutæ, unde, flore mihi ignoto, pro Celaſtro corniculato habueram. Specimina fructifera hujus Celaſtri tam ſimilia E. racemoſæ quam ovum ovo. Miror nihilominus, vixque crederes plantam digynam ut Euclea, gaudere fructu trilocular. Nec cum ſtylis duobus multo melius quadrat bacca monoſperma quam huic generi aſſignat Thunbergius. Linneus baccam dicit bilocularem. Ulterius ergo de fructu ab autoptis inquirendum.

1. MIMOSA *verticillata:* inermis, foliis verticillatis linearibus pungentibus. Hab. in Terra Van-Diemen Novæ Hollandiæ. Nelſon ♄. In planta naſcente folia duo vel tria primordialia bipinnata.

2. M. *Houſtoni*: inermis, foliis bipinnatis abruptis ſub ſexjugis, pinnulis multijugis, foliolis ſubconfluentibus, racemo compoſito terminali.

Gleditſchia inermis. L.

Acacia americana non ſpinoſa, flore purpureo, ſtaminibus longiſſimis, ſiliquis planis villoſis, pinnis foliorum tenuiſſimis. Houſt. Mſſ. p. 22. Mill. ic. 4. t. 5. Mimoſa. Houſt. rel. 12. t. 26. Hab. in Vera Cruce. Houſton. ♄.

Folia ſubtus piloſa; Infloreſcentia ut in M. grandiflora, ſed flores minores; Corollæ villoſæ perſiſtentes. Legumina parallelogramma, plana, ſeminibus elevata, admodum tomentoſa, rufa. Semina oblonga compreſſa, utrinque zona notata, marginibus futuræ utrisque alterius inſerta.

Hæc eſt Gleditſchia inermis Linnæi. Recentiores autores, quales Duhamel, Duroi & alii varietatem Gleditſchiæ triacanthos pro Gl. inermi habuere.

3. M. *grandiflora*: inermis, foliis abrupte bipinnatis multijugis, pinnulis multijugis, foliolis diſtinctiſſimis, racemo compoſito terminali.

Acacia non ſpinoſa indiæ orientalis, foliis perexiguis virgulis lanugine ferruginea villoſis. Pluk. alm. 3.

Hab. in Ind. orient. ♄. Affinis quamplurimum M. Houſtoni a qua differt pinnulis crebrioribus, foliolisque diſtinctiſſimis baſi ovatis, dum in M. Houſtoni juxta rachidem confluentibus baſi truncatis foliumque pinnatifidum mentientibus.

(Cryptogamia)

DICKSONIA Fructificationes ſubrotundæ, margine averſo frondis ſubjectæ. Calyx communis reniformis, unilocularis, florifer clauſus, longitudinaliter fructifer dehiſcens. Valvula exterior ex ipſa ſubſtantia folii, interior membranacea. Flosculi ignoti. Capſulæ numeroſæ pedicellatæ, receptaculo longitudinali affixæ. Semina numeroſiſſima minuta.

1. D. *arboreſcens*: frondibus ſupra decompoſitis glabris, foliolis ſerratis.

Polypodium ? *baromets* L. ?

An Agnus Scythicus. Scal. Port. *Licet.* Duret. Breyn &c. Conſul. de Agno Scythico Deuſing. diſſ. 598. Breyn. act. angl. 1698. p. 461. 1725. p. 353. & Kaempf. amœn. 505. Si Baromets et D. culcita non ſint eadem planta, quod etſi patriæ tam remotæ, vix incertum, procul dubio agnus Scythicus alia erit Filicis ſpecies.

Feila Brom *Maderenſibus valgo.*

Hab. in Inſula S. Miguel ex Azoribus. Maſſon 4. E radicibus culcitas conficiunt incolæ.

3.

Car. Lud. L'HERITIER. Dom. de Brutelle in Aula Juvam. Paris. Reg. Conſil. CORNUS. Specimen botanicum Siſtens Deſcriptiones et Icones Specierum Corni minus cognitarum. Pariſiis typis P. Fr. Didot — proſtat apud Prévoſt et Barrois. Londini ap. Elmsly, Viennæ apud R. Græffer. Argentorati apud König. fol. reg. 1788. pag. 15. tab. æn. 6.

Celeberr. Auctor in præſenti eleganti pretioſoque opusculo non tam plenam fuſamque Corni hiſtoriam tradere conſtituit, quam potius ſpecies tum novas tum minus cognitas americanas depingere curavit, accuratiſſimeque deſcripſit, pro ſpeciebus europæis jam ſat notis, novas differentias ſpecificas tantum tradidit.

Antiquiſſimæ Corni Species Europam finitimamque Aſiam patriam agnoſcunt. Novæ omnes in America Septentrionali detectæ ſunt. Nec Africa, nec America meridionalis ullam hucusque Speciem alunt. Inter tropicos totius orbis ullam inveniendam eſſe difficilius crederem.

Char. Generis eſſentialis eſt: Perianthium ſuperum, perſiſtens. Petala quatuor. Stamina quatuor, receptaculo epigyno inſerta. Germen inferum. Stylus ſimplex. Stigma obtuſum. Drupa umbilicata. Nux bilocularis.

* Involucratæ umbellatæ.

1. CORNUS *ſuecica* L.

Pallaſius (roſſ. 52.) C. Suecicam & canadenſem proponit tanquam varietates ejusdem plantæ. Certe nimium affines ſed C. Suecicam nondum examinavi.

2. C. *canadenſis*. L. L'Heritier. Tab. I.
H. R. P. Arenoſa pinguiora & humidiuscula amat, nec impatiens eſt frigoris ſub dio. Libentius ſtolonibus late ſe ſpargit. Vere floret, æſtateque drupas maturat. avulſis ſtolonibus et ſeminibus regeneratur.

3. C. *florida*. L. Wang. forſt. 51. t. 17. f. 41.
Arbor parva, conſpicua involucris florum maximis coloratis. Fructus rubri. Ineunte frondeſcentia floret.

4. C. *maſcula*. L. Du Roi recenſet C. maſculam fol. eleganter variegatis, ſed de hac varietate fruſtra hucusque quæſivi; autor forte habuit elegantem ſ C. Sanguineam variegatam pro C. maſcula.

* * Nudæ cymoſæ.

5. C. *ſanguinea*. L.: ramis rectis, foliis ovatis concoloribus, cymis depreſſis.

6. C. *ſericea*. L. L'Heritier. Tab. II. — ramis patulis, foliis ovatis ſubtus ferrugineo ſericeis, cymis depreſſis.

7. C. *alba*. L. ramis recurvatis, foliis lato-ovatis ſubtus canis, cymis depreſſis.

8. C. *circinata*. L'Heritier. Tab. III. — ramis verrucoſis, foliis orbiculatis ſubtus tomentoſis canis, cymis depreſſis. — H. P. Hab. in Penſylvania. ♄.
Frutex altitudine humana — *Radix* lignoſa ramoſa, ſubodora, pallida, radiculis ſubfuſcis — *Caulis* erectus ramoſus griſeus. Lignum odore quodam huic generi peculiari præditum. Rami oppoſiti ſubpatuli tereteus, congeneribus craſſiores, virides, verrucis ſubfuſcis undique adſperſi. Ramuli ramis conformes, ad nodos annulati, e viridi vix purpuraſcentes. Turiones

purpuraſcentes, notati maculis linearibus fuſco - purpuraſcentibus. *Folia* oppoſita, petiolata, ſubrotunda, acuminata, integra ſ. ſubintegra, nervoſa: nervis ſemiconcentricis, infra prominentibus, ſupra exaratis: virentia, ſubtus pubeſcentia glauca patentia plana 4. pollic. long. et lat. Juniora ſubtus tomentoſa. *Petioli* foliis quater breviores, hinc teretes, inde canaliculati, deſinentes in annulum amplexicaulem, more turionum maculati: *Cymæ* terminales ſolitariæ, pedunculatæ erectæ absque involucro tri - quinque partitæ, pubeſcentes, 3 poll. lat. *Flores* ſinguli pedicellati erecti albi 5 lin. lat. Corona germinis demum poſt antheſin vix purpuraſcens. *Pedunculi* teretes e bracteis minutis ſubulatis laxis caducis tuberculati uti turiones et petioli maculati, Pedicelli purpureo punctati. *Calyx*. Involucrum nullum, cujus loco in nonnullis cymis bractea diphylla, oppoſita, ſubulata, pedunculo adnata decurrens reflexa. Perianthium proprium ſuperum, acutum, quadridentatum, erectum, minutiſſimum, perſiſtens. *Corolla* petala 4. epigyna lineari - lanceolata, acuta, patentia, mox reflexa ſeſſilia infra coronam germinis inſerta. *Stamina*. Filamenta 4. epigyna, more petalorum inſerta, ſubulata, erecto - divergentia, corolla longiora. Antheræ oblongæ, biloculares, peltatæ, luteolæ. *Piſtillum* Germen inferum, ſubrotundum, ſericeum, albidum. Stylus filiformis ſtaminibus brevior. Stigma capitatum, ſubtetragonum ſ. polygonum. *Pericarpium* Drupa bacciformis, ſubrotunda, umbilicata, baſi excavata. Sty-

lum retinens, lacteo aquosa mollis, unilocularis, dilute cærulea, demum albida. 3 lin. lat. *Semen* Nux subrotunda depressa, nervosa, bilocularis. 1 $\frac{1}{2}$ lin. lat. Quamvis jamdiu cicur apud nos, nondum vulgaris in hortis ditissimis. Floret æstate, sæpe bis anno, sed rarissime drupas nonnullas perficit autumno. Surculis et insitione propagatur. Dignoscitur foliis circinatis rugosis viridioribus, cymis inferne bracteatis, ramis crassioribus tuberculatis.

9. C. *Stricta.* L'Heritier. Tab. IV. H. P. ramis strictis, foliis ovatis concoloribus nudiusculis, cymis paniculatis. Hab. in America septentr. ♄.

Frutex biorgyalis. *Radix* lignosa, ramosa: radiculis fuscis. *Caulis* (s. caules e radice plures) erectus, rimosus, ramosus, subfuscus. Rami oppositi teretes in junioribus plantis stricti, in senioribus patuli, cauli conformes. Ramuli & inprimis turiones strictiusculi annulati purpurei, basi dense punctato verrucosi. *Folia* opposita, petiolata, ovata acuminata integra nervosa: costa basi purpurascente; nervis remotis, apice confluentibus, infra prominentibus; supra exaratis; glabra læte viridia, subtus vix pallidiora, patentia, plana, 2-3. poll. long. 12-15 lin. lat. *Petioli* erecti, folio sexies breviores, hinc gibbi, inde canaliculati purpurei. *Cymæ* terminales: ramulis duobus e summis foliis simul procedentibus, pedunculatæ, paniculatæ, quinquepartitæ, bracteatæ, 18-24 lin. latæ. *Flores* pedicellati, albi, disco tandem rubicundo, 4 lin. lat. Bracteæ minutæ caducæ. *Calyx* perianthium

ſuperum monophyllum, usque ad baſin quadripartitum: laciniis linearibus, acutis patentibus; ſubpubeſcens, perſiſtens, ultra 1. lin. lat. *Corolla* petala 4, epigyna, infra coronam germinis inſerta, ſeſſilia, lanceolata, acuta, patentia, calyce longiora. *Stamina* Filamenta 4, epigyna, uti corolla infra coronam germinis inſerta, ſubulata, tenuia, ſubpatentia, petalis vix longiora. Antheræ oblongæ biloculares, peltatæ incumbentes, dilute cæruleæ. *Piſtillum* Germen inferum oblongum truncatum, opertum corona nectariformi. Stylus filiformis ſtaminibus brevior. Stigma capitatum. *Pericarpium* Drupa ſubrotunda, calyce umbilicata carnoſa, demum aquoſa, mollis, cærulea, intus alba 2-3 lin. lat. *Semen* nux ovata, bilocularis 2 lin. long.

Olim introducta in Europam ex America ſeptentr. ſed adhuc rara in hortis. Excolitur ſub dio more congenerum. Serius floret æſtate nec tam copioſe. Drupæ nimis ſerotinæ, quam ut matureſcant. Folia uſque ad frigora remanent viridia. Radiculis, ſurculis & inſitione propagatur. Habitus C. ſanguin. & ſericeæ a quibus longe recedit floribus paniculatis. Paniculæ minores quam in C. paniculata. Antheræ cæruleæ.

10. C. *paniculata.* L'Heritier. Tab. 5. — ramis erectis foliis ovatis ſubtus canis, cymis paniculatis.

β. C. cymis floribus & foliis intermixtis.

Hab. in America ſeptentr. ♄. Frutex altitudine humana. Radix lignoſa ramoſa pallida: radiculis ſubfuſcis. Caulis (vel caules plurimi ex eadem radice) erectus ramo-

fiſſimus, teres griſeus. Rami oppoſiti patuli, caulibus conformes. Ramuli & turiones ſtrictiuſculi, annulati, diluti, purpuraſcentes, punctato-verruculoſi. *Folia* oppoſita, petiolata, ovata ſ. ovato-lanceolata, acuminata, ſubintegra, nervoſa: nervis laxiſſimis, infra prominentibus, ſupra exaratis: læte viridia ſubtus glauca pubeſcentia patentia, marginibus ſurſum conniventia. 2-3 poll. long. 15-18. lin. lat. Summa adhuc juniora rubella. *Petioli* folio ter ſ. quater breviores, hinc teretes inde canaliculati, dum juniores baſi vix in annulum amplexicaulem deſinentes, purpuraſcentes. *Thyrſi* (ſ. paniculæ) terminales, ramulis duobus e ſummis foliis ſtatim erumpentibus, ſolitarii pedunculati erecti, involucro denudati 3 poll. lat. Varietas gaudet thyrſis foliaceis ſimul & floriferis. *Pedunculi* teretes, fructiferi purpuraſcentes. Flores pedicellati erecti, albi, 3 lin. lat. *Calyx* Perianthium ſuperum, ſubmonophyllum, quadripartitum pubeſcens: dentibus minimis, anguſtioribus, acutis perſiſtens, 1. lin. lat. *Corolla* Petala 5 epigyna, infra coronam germinis inſerta, anguſto-lanceolata aucta, patentia, demum reflexa calyce majora. *Stamina* Filam. 4. epigyna more petalorum inſerta, ſetacea, divergentia longit. corollæ. Antheræ oblongæ biloculares peltatæ luteolæ. *Piſtillum* Germen inferum globoſum truncatum, pubeſcens, corona nectariformi opertum. Stylus filiformis, ſtaminibus vix brevior. Stigma capitatum depreſſum. *Pericarpium* Drupa ſubrotunda, dentibus calycinis umbilicata, ſtylum retinens, baſi vix excavata, carnoſo-

aquoſa, alba 3 lin. lat. *Semen* Nux ſubrotunda, lineata, bilocularis. — Oriunda ex Amer. ſeptentr. & cicur apud nos nonnullis abhinc annis. Admodum florida & ſpecioſa. Vere aut ineunte æſtate floret autumnoque per menſes nonnullos fructibus onuſta eſt. Seminibus ſurculisque propagatur — omnium diſtinctiſſima cymis elongatis in thyrſum ſ. paniculam.

11. C. *alternifolia*. Linn. ſuppl. 125. L'Heritier. Tab. VI. — Diu incertum fuit an ex America ſeptentrionali an e Sibiria oriunda eſſet; hodie vero mihi compertum eſt patriam eſſe *Penſylvaniam*, unde nuperrime ſpecimina habui. Primum educata fuit in Gallia, ubi triginta abhinc annis ſub dio excolitur. In Dendrologia Hamelii jam memoratur, & videre licet quindecim aut viginti pedum altam in hortis Monnieri. Procerior itaque congeneribus omnibus ne C. maſcula excepta. Eodem ferme tempore cum illis floret æſtate, ſed cymæ aut abſolute infertiles, aut dum fructiferæ, drupæ in his rariſſimæ. Olim feliciſſime inſerui tam in C. Sanguineam quam in C. albam. Seminibus quoque regeneratur.

Singularis in genere oppoſitifolio, foliis alternis. Ramuli dichotomi unde facies a genere aliena. Petioli longiores quam in congeneribus.

* * * Dubiæ aut ſpuriæ.

Corno feminæ ſimilis, arbuſcula floridana. Pluk. amalth. 66. tab. 385. fig. 1. Cornum aliquam floribus paniculatis ſat exhibere videtur, ſed pronuntiare non auſim inter C. ſtrictam & paniculatam.

